La seconde fonction, tirée du même Historien l. 3. c. 14. étoit de jetter de l'eau lustrale sur les viandes qu'on servoit au Prince. Un jeune Néocore converti à la Religion Chrétienne par une Diaconisse, lui promit de venir s'instruire chez elle. Peu de jours après cette promesse, Julien l'*Apostat* alla à Daphné où il devoit donner un festin public. Le pere du jeune homme qui étoit Prêtre, & qui suivoit ordinairement l'Empereur, fut du voyage, & emmena avec lui ce fils & un de ses freres, parce qu'ils étoient tous deux Néocores, & qu'en cette qualité ils jettoient de l'eau lustrale sur les viandes qu'on servoit au Prince. Cette fête de Daphné fauxboug d'Antioche duroit sept jours, & dès le premier jour le jeune Néocore debout auprès du siege de l'Empereur, ayant selon la coûtume jetté de l'eau lustrale sur les viandes, se retira secretement, & retourna à Antioche chez la Diaconisse. Il pourroit bien se faire que cette coutume auroit été introduite par Julien l'*Apostat* lui-même, Prince plus adonné aux superstitions profanes, que tous les Empereurs payens ses prédécesseurs.

Legionem suam deseruit Valentinianus, ipsam relegavit in castellum quoddam. Verum elapso anno & aliquot mensibus Valentinianus in Imperatorem adlectus est.

Secunda Neocororum functio ex eodem Theodoreto desumta, lib. 3. c. 14. erat aqua lustrali aspergendi cibos & fercula quæ Imperatori offerebantur. Juvenis quispiam Neocorus, ad religionem Christianam a Diaconissa conversus, pollicitusque est, se conventurum eam esse, ut religionis Christianæ doctrinam ab ipsa exciperet. Sub hæc Julianus Apostata Daphnem concessit, ubi convivium publicum celebraturus erat. Pater juvenis illius cum Sacerdos esset & Imperatorem ut plurimum sequeretur, eo etiam concessit, secumque duxit hunc filium, alterumque fratrem ejus, qui Neocori ambo erant; & eorum erat aqua lustrali cibos & fercula, quæ Imperatori offerebantur, aspergere. Festum istud in Daphne Antiochiæ suburbio per septem celebrabatur dies. Prima vero die, cum juvenis ille Neocorus stans prope Imperatorem accumbentem, pro more aqua lustrali cibos ejus aspersisset, clam discessit, & Antiochiam reversus Diaconissam adiit. Hic vero mos forte a Juliano ipso Apostata invectus fuerat, ejusmodi superstitionibus supra modum dedito, qui hac in parte Imperatores omnes decessores suos superabat.



CHAPITRE V.

I. Les Villes prirent le nom de Néocores ; pourquoi. II. Dispute sur le Néocorat des Villes. III. La grande question sur le Néocorat des Villes. IV. Sentiment de M. de Vandale, avec les preuves. V. Sentiment de M. Vaillant, & ses preuves. VI. La question est mal aisée à decider. VII. Trois Villes qui se disputoient la primauté.

I. Les peuples des Villes, chargés de tous les frais, & des grandes dépenses où les engageoient ces grandes fêtes, & la célébration des jeux qui s'y faisoient, crurent se faire un honneur en prenant eux-même le nom de Néocores. Dans les Actes des Apotres, il est dit que la ville d'Ephese est Néocore, [illegible] de la grande déesse Diane. Ephese avoit cette prérogative sur les autres Villes, qui ne laissoient pas pourtant de lui disputer la primauté, comme nous verrons plus bas.

II. Jusqu'ici il n'y a point de dispute. Vandale & M. Vaillant les derniers qui ont parlé plus à fond sur les Néocores, conviennent assez sur la plupart des points précédens : la grande difficulté est sur le Néocorat des Villes : mais principalement comment il faut entendre les legendes des médailles, & les inscriptions qui marquent qu'une Ville a été deux fois, trois fois, quatre fois Néocore.

La premiere Ville, dit M. Vandale qui prend sur les medailles le nom de Néocore, est Ilion. Elle est frappée pour Jules Cesar, l'inscription de l'un des cotés est [illegible] : ce qui veut dire que les Iliens sont deux fois Néocores. La figure du revers est Enée qui porte Anchise sur les épaules, & Anchise tient le Palladion, comme on l'a vu dans le premier tome de ce Supplément pl. [illegible]. Albert Rubens a cru que les Iliens étoient appellés là deux fois Néocores, parce qu'ils étoient Néocores d'Hector & de Cesar, mais Vandale dit avec [illegible] plus d'apparence que ce double Neocorat regarde Enée & Jules Cesar qui se disoit descendu de lui. Les [illegible]

CAPUT V.

I. Civitates Neocori [illegible] & [illegible] sumsere, quare. II. Disceptatio circa Neocoratum civitatum. III. Qua [illegible] circa Neocoratum [illegible]. IV. Dalenii sententia cum [illegible] argumentis. V. Vaillantii sententia & [illegible] argumenta. VI. Quaestio [illegible]. VII. Tres urbes quae primatum inter se disputabant.

I. Cives, sive civitatum incolae omnes, qui [illegible] sumtus [illegible] ingentes [illegible] ad festa [illegible] celebrandos, [illegible] Neocori nomen [illegible]. In Actis Apostolorum [illegible] Neocoras [illegible] Dianae. Hac [illegible] civitatibus [illegible] primatum [illegible].

II. [illegible] Dal[illegible] & Valentius qui postremi [illegible] [illegible] Neocorat[illegible] civitatum [illegible] [illegible] quater Neocoram.

Prima civitas, inquit Dalenius, [illegible] de Neocoris, [illegible] bet, est Ilium, [illegible] una facie [illegible] Aeneas Anchisen [illegible] Palladium tenet [illegible] ri tomo Tab. [illegible] Rubenius Ilien[illegible] Neocoros [illegible] Hector[illegible] longe [illegible] [illegible]

cette généalogie pour lui faire plaisir, & les Villes lui en faisoient honneur. Enée & Anchise représentés sur la médaille confirment ce sentiment. M. Vaillant tranche tout d'un coup, en assurant que cette médaille, qu'il n'a pourtant jamais vuë, est fausse, & qu'il y en a beaucoup de ce genre dans Golzius, d'où elle a été originairement prise. C'est l'opinion commune que Golzius a mis plusieurs médailles fausses : mai je sçai aussi qu'il s'en est trouvé de certainement antiques, qu'on n'avoit pris pour fausses que parce qu'elles n'avoient encore été vuës que dans Golzius. Comme l'origine du Néocorat des Villes n'est pas entierement éclaircie, je crois qu'il vaut mieux rester dans le doute sur la vérité de cette médaille, que de la condamner sans autre éxamen.

III. La grande question roule donc sur les Villes dont les medailles portent l'inscription, δὶς, τρὶς, τετρακὶς νεώκοροι, deux, trois, quatre fois Néocores, ou qui ont eu deux, trois ou quatre Néocorats, soit écrits au long, soit par des lettres numérales B. Γ. Δ, qui marquent de même qu'elles ont été ou sont actuellement deux, trois, quatre fois Néocores. Les uns croyent qu'elles ont eu cette gradation de Néocorats sous différens Empereurs ; que par exemple Ephese ayant été faite Néocore sous Néron, aura porté le nom de Néocore sous cet Empereur, que l'ayant été faite la seconde fois sous Hadrien, elle aura alors pris la qualité de deux fois Néocore, & qu'ayant reçu pour la troisiéme fois le même honneur sous Caracalla, elle se sera dite trois fois Néocore : c'est le sentiment de M. Vaillant, & de plusieurs habiles gens. Les autres croyent avec M. Cuper, Vandale & le P. Hardoüin, que sous le même Empereur les Villes ont été une, deux, trois & quatre fois Néocores, plus ou moins de fois, selon qu'il est porté par les médailles. Par exemple sous Septime Severe, une Ville qui aura été Néocore de l'Empereur même, de Julia Domna sa femme, & de Caracalla, & de Geta César leurs deux fils, sera appellée quatre fois Néocore ; si elle l'a été de trois, de l'Empereur, de sa femme & d'un fils, elle sera appellée trois fois Néocore ; si elle l'a été de l'Empereur & de sa femme, ou de l'Empereur & d'un fils, elle sera deux fois Néocore ; si de l'Empereur seulement, simplement Néocore. Ainsi sous le même Empereur, lorsque les Villes étoient faites Néocores de l'Empereur lui-même, elles s'ap-

---

scribebant. Æneas & Anchises in eodem nummo expressi hanc opinionem confirmant. Valentius vero nostras rem uno verbo dirimit, dum affirmat hunc nummum, quem tamen ipse nunquam vidit, falsum nec antiquum esse ; asseritque multos hujusmodi apud Goltzium esse nummos, hunc autem ex Golzio desumtum fuisse. Hæc quidem opinio sat vulgaris est, Goltzium nummos plurimos falsos edidisse. At scio perspectumque mihi est, non paucos postea antiquos deprehensos fuisse, qui ea solum de causa pro suspectis vel falsis habebantur, quod apud unum Goltzium publicati fuissent. Cum porro Neocoratus urbium origo nondum satis certo nota sit, puto consultius esse de hujus nummi veritate falsitateve judicium suspendere, donec his de rebus aliquid certius emergat.

III. Maxima ergo quæstio versatur circa civitates, quarum nummi hæc in inscriptione ferunt δὶς, τρὶς, τετρακὶς νεώκοροι bis, ter quaterve Neocoræ, sive ita scriptum sit, sive per litteras numerales B. Γ. Δ. queis indicetur esse bis, ter quaterve Neocoras. Alii putant horumce Neocoratuum accessionem a primo ad secundum, a secundo ad tertium, a tertio ad quartum sub diversis Imperatoribus factam fuisse. Exempli causa, Ephesus Neocora facta sub Nerone, Neocoræ nomine simpliciter sub hoc Imperatore vocata fuerit : hinc vero secundo Neocora facta sub Hadriano, tunc bis Necoram sese nuncupaverit, tertioque Neocoratu accepto sub Caracalla, sese ter Neocoram nominaverit. Hæc est opinio Valentii, aliorumque eruditorum. Alii putant cum Cupero, Dalenio & Harduino, sub uno eodemque Imperatore civitates fuisse semel, bis, ter, quater Neocoras, plus vel minus, prout in nummis legitur. Verbi gratia sub Septimio Severo, civitas quæ fuerit Neocora Imperatoris, Juliæ Domnæ uxoris, Caracallæ & Getæ Cæsarum filiorum utriusque, quater Neocora vocabitur ; si trium tantum Neocora fuerit, nempe Imperatoris, uxoris & unius ex filiis, ter Neocora vocabitur ; si Imperatoris & uxoris, aut Imperatoris & filii unius, bis Neocora erit ; si Imperatoris tantum, Neocora tantum & simplici-

pelloient ſimplement Néocores ; quand elles l'étoient auſſi de l'Impératrice, elles ſe nommoient deux fois Néocores, & ainſi conſécutivement à l'égard des enfans. Cette gradation au reſte n'étoit pas néceſſaire, car elles pouvoient en même temps être faites Néocores de deux, de trois, & de quatre. Ces Néocorats ne paſſoient pas aux Empereurs ſuivans.

IV. La preuve de cela, c'eſt qu'après que des Villes ont été trois fois & quatre fois Néocores ſous des Empereurs, elles ſe trouvent dans des médailles des Empereurs ſuivans, ou ſimplement Néocores, ou deux fois Néocores. Par exemple une médaille de Caracalla marque ceux de Sardes trois fois Néocores, & une de Geta quatre fois. Et la même Ville ſe trouve depuis ſous Maximin, ſimplement Néocore, de même que dans une médaille de Sabinie Tranquilline, femme de Gordien Romain, & dans une médaille de Gordien Romain deux fois Néocores : marque certaine que ces nombres de Néocorats ne paſſoient pas aux Empereurs ſuivans, & que c'étoit toujours à recommencer ſous de nouveaux Empereurs.

Ces Villes Néocores ſe trouvent ſouvent appellées dans les médailles, Néocores des Auguſtes. Dans celles d'Epheſe les Epheſiens ſont appellés Néocores des Auguſtes & de Diane, & ceux de Smyrne Néocores des Auguſtes & de Rome. Quand ces Villes étoient faites Néocores des Auguſtes, elles bâtiſſoient des temples en leur honneur, & ces temples ſe voient ſouvent ſur les médailles ; on y remarque un, ou deux, ou trois, & juſqu'à quatre temples, quelquefois ſelon le nombre de Néocorats marqués ſur la médaille ; mais non pas toujours.

V. M. Vaillant, M. de Valois, & d'autres habiles gens refutent ce ſentiment, & prétendent que les Villes ont été faites une, deux, trois, & juſqu'à quatre fois Néocores ſucceſſivement, & ſous divers Empereurs, qu'une Ville qui avoit été ſimplement Néocore ſous un Empereur, devenoit deux fois Néocore ſous un autre & ainſi trois ou quatre fois Néocore ſous leurs ſucceſſeurs ; qu'elle étoit faite Néocore quand elle recevoit un decret du Sénat, pour jouïr de cet honneur : ce qui ſe prouve par ce paſſage du Sophiſte Pole-

---

ter dicetur. Sic ſub eodem Imperatore cum civitates ipſius Imperatoris Neocoræ efficiebantur, Neocoras ſine addito ſeſe dicebant ; quando poſtea Imperatricis Neocoratum accipiebant, tum bis Neocoræ nominabantur, & ſic etiam cum filiorum Neocoræ erant. Neceſſe autem non erat ut ſic gradatim a primo ad ſecundum, a ſecundo ad tertium, & a tertio ad quartum Neocoratum aſcenderent. Poterant quippe eodem ipſo tempore, duorum vel trium, vel quatuor ſimul principum Neocoræ fieri. Neocoratus autem illi ad ſequentes Imperatores non tranſibant.

IV. Hanc porro ſententiam ſuam ſic probant; cum civitates ter & quater Neocoræ factæ ſunt ſub Imperatore quopiam, in nummis ſequentium Imperatorum reperiuntur vel Neocoræ ſimpliciter, vel bis Neocoræ, exempli cauſa, nummus Caracallæ Sardianos vocat ter Neocoros, & alius Septimii Getæ quater Neocoros. Eadem vero civitas deinde ſub Maximino occurrit in nummis Maximini atque in nummo Sabiniæ Tranquillinæ ſimpliciter Neocora, & in nummo Gordiani Pii Romani bis Neocora : unde certiſſime liquet Neocoratuum numeros non tranſiviſſe ad Imperatores ſequentes, ſuccedentibuſque aliis Imperatoribus, numerum ſemper ab initio reſumtum fuiſſe.

Iſtæ Neocoræ urbes in nummis ſæpe appellatæ occurrunt, Neocoræ Auguſtorum. In nummis autem Epheſi, nominantur Epheſii, Neocori Auguſtorum & Dianæ. Smirnæi vero, Neocori Auguſtorum & Romæ. Cum illæ civitates Neocoræ Auguſtorum conſtituebantur, templa in ipſorum honorem conſtruebant ; quæ templa ſæpe in earum nummis viſuntur, unum, duove, aut tria, aut quatuor templa, ſecundum numerum Neocoratuum qui notantur per inſcriptionem ; at non ſemper idem numerus templorum figura repræſentatur, qui in inſcriptione legitur Neocoratuum numerus.

V. Valentius, Valeſius aliique rei nummariæ peritiſſimi, eorum opinionem confutant, probareque nituntur, civitates, ſemel, bis, ter quaterve Neocoras fuiſſe factas ſub diverſis Imperatoribus & ſucceſſione quadam. Civitatem nempe, quæ ſimpliciter Neocora fuerat ſub aliquo Imperatore, bis Neocoram ſub alio ſequenti, ſub alioque ter quaterve Neocoram fuiſſe. Neocoram ſcilicet factam eſſe, quando ſenatus conſultum accipiebat, quo hujuſmodi ſibi honor deferebatur : id quod probatur hoc Polemonis Sophiſtæ loco ex marmoribus

mon,

mon tiré des marbres d'Arondel, *δεύτερον δόγμα συγκλήτου καθ' ὃ νεωκόροι γεγόναμεν*, *un second decret du Senat par lequel nous avons été fait Néocores*, disent ceux de Smyrne. Selden croit que cela veut dire qu'ils ont été faits deux fois Néocores : il y a beaucoup d'apparence que ce second decret donnoit un second Néocorat, quoique δὶς deux fois, ne soit pas exprimé dans le marbre, & qu'un troisiéme decret donnoit un troisiéme Néocorat, & un quatriéme decret un quatriéme Néocorat de même. Mais cela ne fait rien à la difficulté. Le Sénat pouvoit donner deux, trois, quatre decrets sous le même Empereur, comme il pouvoit les donner successivement sous plusieurs.

Ce qui a porté M. Vandale à croire que le Néocorat se donnoit trois ou quatre fois sous un même Empereur, dit M. Vaillant, c'est qu'il a cru que le nombre de temples qu'on voit sur le revers des médailles répondoient à autant de Néocorats, & que ces temples avoient été bâtis pour l'Empereur régnant, pour sa femme & pour ses enfans. Mais si ces Néocorats finissoient avec les Empereurs régnans, & que du temps de l'Empereur suivant il ait fallu bâtir de nouveaux temples pour lui & pour sa famille, il se seroit enfin trouvé autant de temples que de maisons. Une autre raison que M. Vaillant apporte est qu'on ne bâtissoit aucun temple à un Empereur, sans faire des fêtes & des jeux en son honneur: or ces fêtes & ces jeux, à cause de la trop grande dépense, ne se célébroient que tous les trois, ou quatre, ou cinq ans: & cela posé, il n'y pouvoit pas avoir sous les mêmes Empereurs trois ou quatre Néocorats dans une même Ville; la plûpart n'ont pas assez régné, pour voir tant de fois ces jeux, comme Caracalle, Elagabale, Maximin, Gordien.

Pour ce qui est des exemples de Villes, qui après avoir été trois ou quatre fois Néocores sous des Empereurs précédens, se trouvent ou simplement Néocores, ou deux fois Néocores dans les médailles des Empereurs suivans, il répond que quand il n'y a que le mot de Néocore, c'est qu'on s'est dispensé de mettre le nombre des Néocorats, de même que les Monetaires se dispensent quelquefois de mettre le nombre des tribunats, quoiqu'il y ait déja plusieurs années de Tribunat. Il apporte pour exemple une médaille de Vespasien,

---

Arundellianis desumto, *δεύτερον δόγμα συγκλήτου καθ' ὃ νεωκόροι γεγόναμεν*, *secundum Senatus consultum, quo Neocori facti fuimus*, inquiunt Smirnæi. Putat Seldenus his significari eos bis Neocoros factos. Verisimile certe est hoc secundum decretum, secundum offerre Neocoratum, etsi illa vox δὶς bis, in marmore non exprimatur. Tertium item decretum tertium afferre potuit Neocoratum, & quartum similiter decretum, quartum Neocoratum. Verum illud difficultatem nullo modo tollere videtur. Potuit enim Senatus sub uno eodemque Imperatore duo, tria, quatuorque decreta dare, ut potuit dare sub pluribus.

Id quod Dalenium eo deduxit, inquit Valentius, ut crederet Neocoratum bis terve sub eodem Imperatore datum fuisse, numerus templorum fuit. Putavit nempe numerum templorum quæ in nummorum postica facie visuntur, totidem indicare Neocoratus; hujusmodique templa exædificata fuisse Imperatori tunc regnanti, ejus uxori & filiis. Verum si Neocoratus illi finem accipiebant cum Imperatore tunc regnante, & si novo succedente Imperatore nova templa construere necesse fuerit; ipsi nempe, uxori, & liberis; tot demum templa, quot ædes civium fuissent. Aliud adversus argumentum affert Valentius; nunquam Templum Imperatori cuipiam construebatur sine festorum dierum & ludorum celebratione. Atqui festa & ludi hujusmodi, eo quod sumtibus nimiis celebrarentur, *Ternis solum, quaternis vel quinis annis fieri solebant*: qua re posita non poterant sub eodem Imperatore tres quatuorve Neocoratus in eadem haberi urbe; cum maxime Augustorum magna pars non sat diuturnum imperium tenuerint, ut Caracalla, Elagabalus, Maximinus, Gordianus.

Quod autem spectat ad exempla illa urbium, quæ postquam ter quaterve Neocoræ fuerint sub Imperatoribus præcedentibus, vel simpliciter & semel Neocoræ, vel bis Neocoræ dicuntur in nummis Imperatorum sequentium, respondet Valentius, quando *νεωκόρων* nomen solum nullo addito numero occurrit, id ex consuetudine quadam fieri, nam numeri illi quandoque negliguntur; ut exempli causa Monetarii nonnunquam numerum tribunatuum annotare negligunt, etsi jam multi tribunatus anni effluxerint. Exemplum autem affert ex Vespasiani nummo, ubi in postica facie legitur P. M. TR. P. COS. VI. Nemo dixerit

où on lit au revers P. M. TR. P. COS. VI. on ne dira pas que ce ſoit ſa premiere année de Tribunat, puiſque certainement le ſixiéme Conſulat de Veſpaſien ne peut jamais concourir avec la premiere année de Tribunat. La réponſe eſt aſſez plauſible. Mais quant aux médailles des Villes, qui les marquent deux fois Néocores, après qu'elles l'ont été déja trois ou quatre fois ſous des Empereurs précédens, M. Vaillant y eſt fort embarraſſé. *On répond*, dit-il, *qu'il faudroit voir les médailles, parce que les Auteurs peuvent s'être trompés, ſoient qu'ils ayent mal lû, ou que la légende fût effacée ou alterée par une main moderne. Mais en cas que la médaille fût entiere & inconteſtable, Rubenius rapporte que cela viendroit de ce que le temple de l'Empereur, pour qui ces peuples auroient eté faits trois fois Néocores, n'auroit pas été achevé de ſon vivant, & que ſa protection & ſa faveur étant ceſsées, ils avoient laiſsé le titre qui les devoit faire Neocores.*

VI. Il eſt aiſé de voir par ce que nous venons de dire que la difficulté n'eſt pas encore bien éclaircie, & qu'on ne ſçauroit ſans hazarder, embraſſer un des deux ſentimens. Les premiers Antiquaires, même les plus habiles ſe ſont trompés ſur la ſignification du mot Néocore, parce qu'il n'y avoit pas encore aſſez de monumens, inſcriptions ou médailles, pour éclaircir la difficulté: avec ces ſecours que le temps nous a fournis, on eſt venu à bout de ſçavoir ce que c'étoit que les Néocores pris ou pour des hommes particuliers, ou pour des communautés de Villes, qui ſe tenoient honorées de cette qualité. On riſque de même à préſent de ſe tromper ſur ces mots, δὶς, τρὶς, τετράκις, deux fois, trois fois, quatre fois Néocore. Les monumens découverts juſqu'à préſent ne ſuffiſent pas pour éclaircir ce fait. On diſpute ſouvent à l'aveugle. M. Vandale pour prouver que ce nombre de Néocorats ne paſſoit pas d'un Empereur à l'autre, rapporte des médailles de Villes appellées deux fois Néocores, qui l'avoient été trois ou quatre fois ſous des Empereurs précédens: ce qui feroit voir que cette gradation de nombres ne paſſoit pas d'un Empereur à l'autre. M. Vaillant répond que ces médailles ſont ſuſpectes. Mais s'il s'en trouve d'inconteſtablement vraies, il faudra ou adopter le ſentiment oppoſé, ou chercher de nouvelles raiſons pour ſoûtenir l'autre. Il y a beaucoup de vrai-ſem-

---

hic notari primum tribunatus annum, quoniam ſextus Veſpaſiani conſulatus non poteſt cum primo ejus tribunatus anno concurrere: quæ reſponſio ferri quidem poſſe videtur. At quantum ad nummos civitatum, ubi illæ bis Neocoræ dicuntur, poſtquam jam ter quaterve Neocoræ dictæ ſunt ſub præcedentibus Imperatoribus, hoc opus, hic labor eſt. Hæc tamen reſpondet Valentius: *Nummos inſpicere peroptarem, quia poſſunt auctores vel nummum exeſum & labefactatum male legendo errare, vel in inſcriptionem recenti manu reſtauratam incidere. At etiamſi nummus verus nullique controverſiæ obnoxius eſſet, ait Rubenius id accidiſſe, quia ille Imperator, in cujus gratiam civitatum populi ter Neocori facti fuerant, templumque conſtrui cœptum fuerat, interim mortuus fuerat, atque cum ejus favor & terror deſinerent, ter Neocororum dignitatem urbes reliquerant.*

VI. Ex hiſce porro quæ diximus, liquidum videtur eſſe difficultatem nondum ſublatam eſſe, nec poſſe ſine periculo alterutram ſententiam admitti. Qui primi antiquariæ rei nomen dederunt, Neocoratus ſignificationem non aſſecuti ſunt, etiamſi pertiſſimi cenſeantur, quia nondum detectus fuerat ille monumentorum, inſcriptionum & nummorum numerus, qui ſatis eſſet ad levandam difficultatem. Hiſce vero adjumentis è pulvere demum erutis, compertum tandem fuit, quid Neocori eſſent, ſive ii privati viri fuerint, ſive civitates ipſæ hanc ſibi conferri dignitatem curaverint. Sic in præſenti par periculum imminet iis, qui velint illud δὶς, τρὶς, τετράκις νεωκόρων, perfecte explanare, & quid illud ſit definire. Quæ hactenus detecta fuere monumenta, atque numiſmata, non ſatis ſunt, ut poſſint omnia patefacere, & ſine ullo dubitandi loco explanare. Dalenius ut probet illum Neocoratuum numerum non tranſiiſſe ab altero ad alterum Imperatorem, exemplum affert civitatum, quæ bis Neocoræ ſub Imperatore quopiam dicuntur, quæque ſub Imperatore, vel Imperatoribus præcedentibus, ter vel quater Neocoræ dictæ fuerant. Reſpondet Valentius hoſce nummos ſuſpectos eſſe. At ſi nummi veri indubiique prodeant hujuſmodi, vel contraria opinio amplectenda erit, vel nova argumenta quærenda ad propugnandam priorem. Ve-

blance en ce que M. Vaillant dit touchant ce nombre de temples qu'on voit ſur les médailles des Villes Néocores : *il* y a même preuve que le nombre des temples n'y répond pas toujours à celui des Néocorats. Quoique toutes les autres difficultés ſur cet article ne ſoient pas encore levées ; la queſtion ſera à préſent, pourquoi le nombre des Néocorats quadre quelquefois avec le nombre des temples, & ſe trouve auſſi quelquefois différent. Quant à ce qu'il avance que les grandes fêtes ne ſe célébroient dans les Villes, que tous les trois, ou quatre, ou cinq ans : on lui peut répondre que cette maniere même de s'énoncer fait voir qu'il hazarde, & qu'il n'eſt pas bien sûr de ſon fait : car ſi ce ſont les mêmes jeux & les mêmes fêtes qui revenoient périodiquement après un certain nombre d'années ; c'eſt en être bien peu inſtruit, que de dire qu'ils revenoient après trois, ou après quatre, ou après cinq ans. Si c'étoient différens jeux (car il y en avoit un grand nombre dont il rapporte en partie les noms) qui ſe célébroient les uns de trois en trois, les autres de quatre en quatre, les autres de cinq en cinq ans ; ces jeux courant toujours ſelon différens périodes ; M. Vaillant retomberoit dans l'inconvénient qu'il veut éviter, qui eſt que ces fêtes ſeroient revenues trop ſouvent, & auroient fort incommodé les Villes.

VII. Entre ces Villes Néocores il y en avoit trois qui ſe diſputoient la primauté, Epheſe, Smyrne & Pergame. La diſpute paroît ſur les médailles mêmes où elles ſe diſoient les premieres. Cette primauté ne regardoit point l'ordre des temps, & la queſtion n'étoit pas laquelle avoit eu plutôt la qualité de Néocore ; mais laquelle étoit la plus grande & la plus belle. Smyrne par exemple, ſur un marbre rapporté par Spon t. 1. p. 401. ſe dit la premiere Ville de l'Aſie pour la beauté & pour la grandeur, & trois fois Néocore : l'inſcription fut miſe ſous Marc-Aurele. Dans une autre inſcription des marbres d'Oxford pag. 296. outre cette prééminence en grandeur & en beauté, elle s'attribue encore celle d'être l'ornement des Villes de l'Aſie. Pergame ſe glorifioit de la grandeur de ſa fo tereſſe, qui ſembloit être faite pour dominer ſur tous les Pays des environs ; des différentes parties qui compoſoient la Ville, qui paroiſſoit être

---

riſimiliter Valentius loquitur, cum de numero Templorum quæ in nummis hujuſmodi comparent ait, illum non ſæpe quadrare ad numerum Neocoratuum. Ad eam rem certe exempla clara ſuppetunt, & quibus obſiſti nequeat. Jam vero quærendum erit cur Templorum numerus ad Neocoratuum numerum modo quadret, modo non quadret. Aliæ vero in eamdem rem difficultates omnes non prorſus levatæ ſunt. Quod autem attinet ad id quod ſubjungit Valentius, magnas videlicet feſtorum & ludorum celebritates, nonniſi ternis, vel quaternis, vel quinis quibuſque annis peractas fuiſſe, apte ſane reſpondeatur vel ex ipſo rei enunciandæ modo comprobari, Valentium hæc fortuito, nec ſine erroris periculo protuliſſe. Nam ſi iidem ludi, iidemque dies poſt certum annorum numerum ex quadam periodo recurrebant, certe ſe rem parum tenere commonſtrat Valentius, cum ait eos vel ternis, vel quaternis, vel quinis quibuſque annis recurrere. Si diverſi erant dies feſti, & quidem diverſi erant multi, quos recenſet ipſe Valentius, iique celebrabantur, alii ternis, alii quaternis, alii quinis quibuſque annis ; Cum iſti dies ſemper ſecundum diverſas periodos currerent, Valentius in eamdem, quam declinare conatur, foveam caderet : nam ludi illi & feſti dies frequentius recurriſſent, & civitatibus ob frequentiam oneri fuiſſent.

VII. Inter urbes illas, quæ Neocorarum nomine inſigniuntur, tres primatum inter ſe diſputabant, nempe Epheſus, Smyrna & Pergamus. In nummis etiam ipſis hæc contentio deprehenditur, ubi ſeſe primas dicunt. Hujuſmodi vero primatus non temporis ordinem reſpiciebat, neque erat inter illas quæſtio, quænam prior Neocoratum accepiſſet : ſed de magnitudine & pulcritudine certabant. Smyrna verbi gratia in marmore, quod refert Sponius itinerarii tomo primo p. 401. ſe primam Aſiæ urbem dicit quantum ad magnitudinem pulcritudinemque, ſeque ter Neocoram dicit ; inſcriptio poſita fuit Marco Aurelio Imperante. In alia inſcriptione Marmorum Oxonienſium, parte 1. p. 276. præter hanc prærogativam, illud ſibi quoque tribuit quod ſit urbium Aſiæ ornamentum. Pergamus gloriabatur, inquit Ariſtides oratione de Concordia, de arcis ſuæ magnitudine, quæ ita ſtructa fuiſſe videbatur, ut vicinæ regioni imperaret, de diverſis urbis partibus, quæ videretur ex plurimis urbi-

composée de plusieurs Villes jointes ensemble ; de son temple d'Esculape, si fameux dans toute l'Asie. Ephese se glorifioit de son grand port, & du magnifique temple de Diane, l'une des sept merveilles du monde. Cela joint à d'autres prérogatives que ces trois Villes s'attribuoient, faisoit que chacune vouloit l'emporter sur ses rivales.

---

bus constitui, de Æsculapii templo per totam Asiam celebrato. Ephesius de amplissimo portu altos sumebat spiritus, deque admodum magnifico Dianæ Ephesiæ templo, quod inter septem orbis miracula computabatur. Alias quoque prærogativas sibi adscribebant hæ civitates, queis nixæ alias se superare putabant.

CHAPITRE VI.

I. Trois temples sur un médaillon. II. Temple de Diane Pergée. III. Temple d'Hercule sur un médaillon. IV. Temple d'Hercule à Bresse en Italie. V. Pavé d'un temple trouvé en Angleterre. VI. Autre pavé trouvé à Viterbe. VII. Temple de la Fortune.

8 I. LE médaillon suivant montre [a] trois temples, celui du milieu est de Diane d'Ephese. Les deux autres ont des divinités à l'entrée, que leur petitesse empêche de bien distinguer : ce sont deux autres temples de la Ville. Les Ephesiens sont appellés, πρῶτοι Ασίας, les premiers de l'Asie. Nous venons de parler de ces temples sur les Néocores. M. Vandale a cru que ces trois temples marquoient autant de Néocorats : mais cela n'est pas certain ; & ce point demande des éclaircissemens, que les médailles trouvées jusqu'à présent n'ont pas encore fournis.

9 II. Le temple de Diane [b] Pergée est tout extraordinaire dans ses ornemens ; il n'y a au frontispice que deux colomnes ; mais l'ouvrier n'en a pas mis davantage, apparemment pour laisser tout l'espace libre, & faire place à plusieurs choses qu'il vouloit y mettre. On y voit comme dans un éloignement la tête de Diane sur une espece de coupe. Au bas on voit à chaque côté un autel, sur lequel est une sphinx ailée. Les Egyptiens mettoient des sphinx aux entrées

---

CAPUT VI.

I. Tria Templa in nummo uno. II. Templum Dianæ Pergææ. III. Templum Herculis in nummo. IV. Templum Herculis Brixiæ in Italia. V. Pavimentum Templi in Anglia repertum. VI. Aliud Pavimentum templi Viterbii repertum. VII. Templum Fortunæ.

I. NUmmus sequens tria [a] exhibet templa ; id quod medium occupat Dianæ est Ephesiæ, duo alia vero templa numen quodpiam in ostio offerunt, sed tam exiguum, ut internosci nequeat ; sunt autem duo alia ejusdem urbis templa. Ephesii hic vocantur πρῶτοι Ασίας Asiæ primi. De hisce templis supra, cum de Neocoris civitatibus ageretur, locuti sumus. Dalenius putat his tribus templis tres Neocoratus notari : at illud non certum est. Hæc res nova quærit monumenta, novas notitias, quas nummi hactenus reperti nondum obtulerunt.

II. Templum Dianæ [b] Pergææ insolitis splendet ornamentis. In frontispicio duæ tantum sunt columnæ ; sed non plures sculptor dedit, ut spatium inter ambas liberum relinqueret, in quo multa collocaret. Quasi in sat remoto intra templum spatio visitur caput Dianæ, cuidam ceu crateri impositum. In ima parte conspicitur ad utrumque latus ara, cui utrique insidet Sphinx alata. Ægyptii in Templorum ingressu Sphinges loca-

des temples, pour marquer que les myſteres qu'on y célébroit étoient obſcurs & énigmatiques. C'eſt peut-être de là que les Grecs avoient puiſé cette coûtume, comme ils avoient auſſi pris des Egyptiens bien d'autres choſes. Ce temple & quelques autres ont déja été donnés dans le ſecond tome de l'Antiquité, tirés des médailles. Mais comme les médaillons du Roi les repréſentent plus grands, & montrent des choſes remarquables qui ne paroiſſent pas dans les autres à cauſe de leur petiteſſe, on a cru les devoir mettre ici.

III. Hercule tient la maſſuë levée, placé à l'entrée de ſon temple [1] de la 1
ville d'Erythre : il ſemble qu'il va frapper quelqu'un. Ce temple n'a que quatre colomnes, mais l'ouvrier peut en avoir paſſé quelques-unes pour y pouvoir mettre la figure d'Hercule. L'inſcription grecque dit que cette médaille des Erythréens a été frappée, lorſque Publius Ælius Attalus étoit Préteur pour la ſeconde fois.

Le petit [2] temple des Egyptiens qu'on voit après, ſi toutefois c'eſt un tem- 2
ple, eſt entré, je ne ſçai comment, dans cette planche. Il eſt ici hors de ſa place : les temples & les ſacrifices Egyptiens ſe trouvent vers la fin de ce tome. On y voit d'abord au haut du frontiſpice un globe où ſont attachées deux aîles, une de chaque côté ; & par deſſous le globe s'élévent deux têtes d'oiſeaux, qui montent de chaque côté juſqu'à la hauteur du ſommet du globe. Au-deſſous cette premiere bande ſe voit une rangée de figures ſi petites, qu'on ne peut guere bien les diſtinguer. D'un côté il y en a trois aſſiſes, dont celle du milieu eſt peut-être la divinité qu'on honoroit dans le temple. Ces figures ſont ſur une eſpece de colomne couchée, qui a la forme d'un faiſceau rond & long, d'un bout à l'autre, enſorte que le lien va tout autour en ligne ſpirale. Les deux colonnes qu'on voit aux deux extrémités de la façade à droite & à gauche, ſont faites de la même maniere. La porte quarrée du temple a ſur ſon entablement trois oiſeaux qui paroiſſent de même eſpece. Je ne ſçai ſi ce ne ſont pas trois éperviers, oiſeaux qui étoient en grande vénération dans l'Egypte, parce qu'ils repréſentoient le grand dieu Oſiris. A chacun des côtés de la porte il y a un homme qui ſemble faire la fonction de Suiſſe : chacun des deux porte un long bâton, dont le haut ſe termine en bequille.

---


bant, ut ſignificarent, ea quæ ibi celebrabantur myſteria obſcura & ænigmatica eſſe, inquit Plutarchus in libro de Iſide & Oſiride. Hinc forte Græci eam conſuetudinem mutuati erant, ut & alia multa ab Ægyptiis hauſerant. Hoc templum ut & alia nonnulla in ſecundo Antiquitatis explanatæ tomo jam publicata ſunt ex nummis minimæ molis educta. Verum quia illi Regii nummi majoris formæ majora templa exhibent, & multa etiam notatu digna repræſentant, quæ in aliis minoris moduli nummis non comparebant ob brevitatem ſpatii, hic denuo ponenda diximus.


III. Hercules, [1] in templi ſui oſtio locatus, clavam tenet erectam Erythræa in urbe, quaſi clavæ ictu quempiam proſternere cupiat. Templum eſt quatuor tantum columnarum ; ſed ſculptor aliquot pro more omiſerit, ut erigendæ Herculis imagini locus ſupereſſet. Inſcriptio Græca ſic legenda eſt Ἐρυθραίων ἐπὶ ϛρατηγȣ̃ Π. Αἰλίȣ Ατ]άλȣ τὸ β. id eſt, Erythræorum, Publio Ælio Attalo iterum Prætore.

Parvum illud Ægyptiorum templum, quod hic conſpicitur, ſi tamen templum re vera eſt, neſcio quo caſu in hac Tabula inſculptum, & extra proprium ſibi locum poſitum eſt. Nam templa ſacrificiaque Ægyptiorum circa finem hujuſce tomi habentur. Statim in ſuprema frontiſpicii parte globus viſitur, cui annexæ ſunt alæ, altera hinc, altera inde ; ex imo globo hinc & inde exeunt duo avium capita, quæ utrinque ad uſque altitudinem ſummi globi exſurgunt. Subtus iſtæc, hominum figuræ habentur adeo exiguæ, vix ut internoſci ac diſtingui poſſint. In altero latere tres homines in ſellis ſedentes conſpiciuntur : qui mediam occupat ſedem fortaſſe deus ille eſt qui in hoc templo colebatur. Hæ porro figuræ ſupra columnam extenſam ſunt rotundam & longam admodum, faſciis colligatam, ita ut ligamen ſpiram referet. Ejuſdem quoque formæ ſunt duæ columnæ in extremis frontiſpicii lateribus hinc & inde poſitæ. Porta quadrata templi ſupra tabulatum ſuperne tres aves exhibet ejuſdem, ut videtur, generis. Forte tres ſunt accipitres, qui per Ægyptum magno in honore habebantur, quod magnum deum Oſiridem repræſentare putarentur. Ad utrumque portæ latus vir quidam ſtat cuſtodiæ cauſa : uterque vero oblongum baculum tenet tranſverſo ligno ſuperne terminatum.

3 IV. Ottavio Roſſi [3] qui nous a conſervé la façade avec le plan que nous donnons ici, dit que c'eſt le temple d'Hercule, ce qui a été reconnu par une inſcription trouvée dans une architrave, HERCULI PATRIO. Nous avons vû dans le premier tome la figure d'Hercule de Breſſe, revêtu de la peau du lion, tenant un faon par les pattes. La façade de ſon temple qui eſt belle, a huit colomnes d'ordre Corinthien : entre les colomnes ſont ſix niches pour autant de ſtatuës. Pour ce qui regarde l'intérieur du temple, la plus grande partie qui eſt celle du milieu, étoit renfermée dans des galleries intérieures, ou des corridors, bordés de colomnes du côté du grand mur, & de pilaſtres de l'autre côté. Ce qui eſt à remarquer, c'eſt que de ces corridors on ne pouvoit entrer dans le *Naos*, ou dans la partie du milieu, que du côté de la grande porte, & par deux autres portes ménagées de chaque côté au milieu des corridors. Le Naos étoit orné de pilaſtres appliqués aux piliers. Ce temple qui ſe termine en rond par le haut a une eſpece de croiſée qui avance hors d'œuvre, large comme les corridors des côtés, & ornée en dedans de même. Le dehors qui étoit ſur le même aſpect que le frontiſpice, avoit tous les mêmes ornemens, des colomnes d'ordre Corinthien, & des niches pour des ſtatuës. Une choſe remarquable eſt que de ces deux corridors qui faiſoient une croiſée, on ne pouvoit pas entrer tout droit dans le temple, il falloit néceſſairement aller chercher les portes des côtés. Le temple étoit orné par dedans de pilaſtres qui régnoient tout autour. Il paroit que dans la partie ronde qui termine le temple au haut, qui eſt ce qu'on appelle en quelques Egliſes *le chevet*, il y avoit trois niches pour mettre autant de ſtatuës. Au reſte le plan donné par le Roſſi ne s'accorde point du tout avec le profil qu'il met au même endroit. On diroit que ce ſont deux temples différens. Le plan nous montre un Pſeudodiptere, qui a tout autour un large portique couvert, ſoûtenu par des colomnes où l'on ſe pouvoit promener. On l'appelloit Pſeudodiptere, ou faux diptere, parce qu'anciennement le diptere avoit un portique à deux rangs de colomnes, où l'on montoit de tous les côtés par les degrés qui régnoient tout autour. Mais Hermogene voyant qu'en ôtant le rang de colomnes qui étoit en dedans, on élargiſſoit l'allée ſans ôter la grace & l'ornement que don-

IV. Octavius Rubeus [3] qui frontiſpicium & ichnographiam ſequentis templi ſervavit in memoriis Brixianis pag. 20. & 21. dicit eſſe templum Herculis, id quod ex his verbis in Zophoro quodam repertis liquidum eſt, HERCULI PATRIO. In primo hujus Supplementi tomo vidimus ſchema Herculis Brixiani leonis ſpoliis præcincti, & hinnuli pedes manu tenentis. Frontiſpicium templi elegantia ſua conſpicuum, octo columnis Corinthii ordinis exornatur. Inter columnas ſex ſunt loculamenta totidem locandis ſtatuis. Quod ad interiora templi pertinet, major eaque media pars inter porticus, ſeu alas, ut vocant, incluſa erat, quæ alæ columnis ex parte majoris muri, paraſtatis ex altera ornatæ erant. Quodque obſervandum eſt, ex his porticibus non poterat in medium templum intrari, niſi per eum aditum qui portam majorem reſpicit, & per duas januas, quæ in mediis porticibus patebant. Medium templum ornatum paraſtatis erat, quæ paraſtatæ pilis majoribus hærebant. Pars ſuperior templi in rotundam formam deſinit, & quamdam ceu crucem exhibet, quæ extra templi limites hinc & inde extenditur, eadem qua porticus latitudine, iiſdemque ornamentis interioribus. Crucis hujus facies exterior, iiſdem quibus ipſum frontiſpicium, gaudebat ornamentis, columnis nempe ordinis Corinthii, ſtatuarumque loculamentis. Quodque etiam mireris, ex illis duabus porticibus, quæ crucem conſtituebant, non poterat in medium templum recta intrari, ſed adeundæ erant illæ in lateribus adornatæ januæ. Templum paraſtatis à lateribus erat ornatum. Apſis vero qua templum terminatur, tres habebat apſidulas ad totidem locandas ſtatuas. Cæterum Ichnographia, quam dedit Rubeus, cum ejus orthographia nullo modo conſonat. Duo diverſa eſſe templa diceres. Ichnographia pſeudodipteron oſtendit, ſive latam porticum opertam, columnis fultam, ambulacrum præbentem. Pſeudodipteron autem vocabatur ſive falſum dipteron, quia olim dipteron porticum habebat opertam, duobus columnarum ordinibus undique fultam. Verum Hermogenes cum perſpiceret, ſublato interiore columnarum ordine latius fore ambulacrum, nihilque hinc ornamenti detractum iri, iſtius formæ


TEMPLES
1
2
3
Medaillon du Roy
M. Paul Lucas
Memorie Bresciani
Tom. II. 5



noient aux temples ces rangs de colonnes qui régnoient tout autour, fit des temples en cette forme qu'on appelle Pſeudodipteres. Selon le profil il n'y avoit ni pſeudodiptere, ni portique, quoique les degrés ſe voyent tout autour. Voilà une différence très-grande, & ce n'eſt pas la ſeule : les deux aîles qui font une eſpece de croiſée, ſont bien plus longues dans le profil que dans le plan. On ne peut voir que ſur les lieux où eſt le défaut, ſuppoſé même que le temple ſoit encore aujourd'hui ſur pied.

V. Le pavé que nous repréſentons ici a été trouvé en Angleterre l'an 1712. Pl. VI. à un lieu appellé Stunfield, non loin de Woodſtock. Un laboureur qui pouſſa ſa charrue dans des pierres, donna lieu de découvrir cette moſaïque, qui étoit à trois pieds en terre : on ôta la terre, & l'on découvrit tout le pavé qui a trente pieds de long ſur quinze de large. Ce ſont les meſures qu'on a données dans le Pitiſcus, qui ne s'accordent pas tout-à-fait avec l'eſtampe qu'il en a fait faire, où la largeur a plus de la moitié de la longueur. Le petites pierres qui compoſent ce pavé ont un quart de pouce en carré ; mais celles des bords ſont une fois plus grandes. Ces pierres ſont de différentes couleurs, rouges, noires, blanches & cendrées. C'eſt apparemment le pavé de quelque temple de Bacchus. Au milieu de l'un des ronds on voit ce dieu aſſis ſur un tigre qui marche; il tient d'une main une branche de vigne, & de l'autre un pot renverſé : il eſt couronné de pampres. Les ornemens de la moſaïque ſe remarqueront à l'œil. Les quatre oiſeaux qu'on voit aux quatre angles du plus grand carré ne ſe peuvent guere bien reconnoître ; ils tiennent chacun un rameau de l'un de leurs pieds.

VI. L'autre pavé qui n'eſt pas moins ſingulier que le précédent, fut trouvé Pl. l'an 1720. à Viterbe dans la vigne de Mſſ. les Comtes Buſſi. Il a environ ſoi- VII. xante palmes Romains de long ſur vingt de large. Le palme Romain a huit pouces & demi des nôtres ; ainſi la longueur ſera de quarante-trois de nos pieds, & la largeur de quatorze ou environ. Les pierres de ce pavé ſont preſque toutes ou d'un brun cendré, ou blanches : il y a pourtant quelque peu de rouge & de bleu dans la tête de Méduſe, dans les deux ſphinx, dans le paon, & dans quelques autres figures. On ne ſçait ſi c'eſt le pavé d'un temple ; en ce cas-

---

templa ſtruxit, quæ pſeudodiptera vocata ſunt. Si orthographiæ fidem habeas, nec pſeudodipteron, nec porticus erat, etſi gradus undique conſpiciantur. Certe magnum eſt hoc inter ambo diſcrimen, aliaque ſunt diſcrimina : nam alæ illæ quæ quaſi crucis formam efficiunt, in orthographia multo longiores ſunt, quam in ichnographia. Neque ſcire potes in utro vitium ſit, niſi Brixiam adeas ; ſi tamen templum hodieque ſuperſit.

V. Pavimentum illud, quod hic exhibemus, in Anglia anno 1712. detectum fuit, in loco cui nomen Stunfield, haud procul à Woodſtochio. Arator qui in lapides aratrum immiſit, huic Muſivo operi detegendo occaſionem præbuit. Sub ſolo autem latebat tribus profundo pedibus. Amota terra fuit, atque ſic pavimentum totum triginta pedibus longum, & quindecim latum detectum eſt. Has menſuras in fronte Lexici à Pitiſco editi dederunt, quæ tamen cum ſchemate non omnino conſentiunt : latitudo enim plus quam dimidium longitudinis occupat. Lapilli, quibus coagmentatum eſt pavimentum, quadrati ſunt & quartam pollicis partem latitudinem habent. Sed ii lapilli qui extrema ſtrati hujuſcemodi occupant duplo majores ſunt, & varii coloris omnes, rubri, nigri, albi, cinerei. Eſt, ut quidem videtur pavimentum alicujus Bacchici templi. In medio cujuſdam circuli Bacchus inſidet tigri gradienti : manu ramum tenet pampineum, altera vero ſcyphum inverſum. Pampinis autem coronatus eſt. Cætera muſivi operis ornamenta uno aſpectu facile percipientur. Quatuor aves quæ in quatuor angulis conſpiciuntur, vix dignoſci poſſunt. Singulæ ramum altero pede tenent.

VI. Aliud pavimentum non minus ſpectabile quam præcedens anno 1720. Viterbii repertum fuit in vinea DD. Comitum Buſſiorum. Eſt porro longitudine ſexaginta palmorum Romanorum, latitudine viginti. Palmus vero Romanus eſt octo pollicum & dimidii noſtrorum, ita ut longitudo tota ſit quadraginta trium pedum noſtrorum, latitudoque quatuordecim pedum vel circiter. Lapilli queis adornatum opus muſivum fuit, ſunt omnes vel cinerei nigricantes vel albi. Attàmen in capite Meduſæ, in pavonibus, in aliiſque pauculis figuris rubri & cærulei quidpiam deprehenditur. An pa-

là, ce seroit d'un temple de Minerve. On y voit plusieurs symboles de cette déesse, la tête de Méduse qui est la plus grande image, un bouclier rond comme un demi globe avec une choüette pardessus, & un dard, plusieurs casques, un grand nombre de peltes, ou de petits boucliers. Il est vrai qu'on y remarque aussi un paon symbole de Junon ; mais les symboles de Minerve y dominent, & la tête de Méduse est ce qui frappe le plus. La mosaïque est composée de très petites pierres : les compartimens sont d'un goût fort différent de ceux de la mosaïque précédente, comme il arrive toujours en ces choses qui dépendent du pur caprice.

Pl. VIII. 1. VII. Le temple de la Fortune est fort reconnoissable par l'image même de la Fortune [1] qui est à l'entrée. Elle tient de la main droite le timon, & sur le bras gauche la corne d'abondance : elle a le pôle sur la tête comme dans plusieurs autres images. Ce temple est représenté à quatre colonnes ; l'arc ménagé dans le fronton se trouve ici comme dans plusieurs autres images. L'inscription dit que la médaille a été frappée sous Flavius Phisicus grand Prêtre des Euméniens Acheiens, c'étoient des peuples de Phrygie.

vimentum cujusdam Templi sit ignoratur, si templi cujusdam, Minervæ, ut videtur, esset. Multa quippe ibi ejus deæ symbola observantur ; caput Medusæ quæ maxima omnium imago est, clipeus rotundus quasi media pars globi cum noctua superposita, jaculum, multæ cassides, peltæ pleræque. Attamen pavonem etiam hic conspicimus, quod est symbolum Junonis : sed symbola Minervæ hic frequentius occurrunt, & magno numero sunt. Musivum opus ex lapillis perquam minimis structum est : cerostrota autem longe diversa ratione sunt concinnata, ab illis quæ in præcedenti pavimento observantur, ut fere fit in rebus ex mero arbitrio & imaginatione dependentibus.

VII. Templum Fortunæ facile agnoscitur ex imagine ipsius Fortunæ, quæ in ejus ingressu repræsentatur. Ut mulier depingitur dextera manu temonem, læva cornu copiæ tenens. Polum in capite gestat, ut in plerisque aliis imaginibus. Templum quatuor columnarum repræsentatur ; arcus vero in fastigio erectus eodem prorsus modo conspicitur in nummis bene multis, frontispicia templorum exhibentibus. Inscriptio sic legenda, [illegible] (*sic*) [illegible]. Hoc est, sub Flavio Physico summo Sacerdote Eumenensium Achivorum, qui erant Phrygiæ populi.




CHAPITRE

PAVÉ D'UN TEMPLE T

Long

ROUVÉ EN ANGLETERRE




6. pieds et large de 15





PAVE D'UN

TEMPLE TROUVÉ À VITEREL



...36 pieds de long sur 23 de large



CHAPITRE VII.

I. Médaillon d'Apamée, où est représentée une espece d'Arche. II. Que quelques-uns ont prise pour l'Arche de Noé. III. D'autres pour l'Arche de Deucalion.

I. NOus mettons ici, ne trouvant pas de place plus propre, ce médaillon de Severe, au revers duquel est représentée [2] une espece de bâtiment carré long : dans ce bâtiment sont un homme & une femme qu'on croit être Deucalion & Pyrrha. Le médaillon est frappé à Apamée ville de Syrie, appellée anciennement Pella : on croit que ce bâtiment est une Arche comme celle de Noé : il paroit en effet que ce ne peut être autre chose. L'homme & la femme qu'on voit dans ce bâtiment carré, se voient encore hors du bâtiment, où ils se tiennent debout, & lévent une main ; ils ressemblent tellement à ceux de dedans repetés dans le même revers, qu'on juge que ce sont les mêmes. L'inscription autour de la médaille est telle, ἐπὶ ἀγωνοθέτου Αρτεμα γ. Cela veut dire, *Artemas étant pour la troisiéme fois Agonothete.* Dans l'éxergue on lit Απαμέων, & sur un côté du bâtiment carré que plusieurs prennent pour l'Arche de Deucalion, on lit ΝΕΩΚ, ce qui veut dire Νεωκόρου. Il ne faut pas omettre que sur le bord de cette Arche on voit un oiseau, & encore un autre oiseau qui vole vers l'Arche.

II. C'est le revers d'un médaillon de Severe que nous représentons ici : ce même revers se trouve encore dans les médailles de Philippe le pere. Ottavio Falconieri qui a fait une Dissertation sur cette curieuse médaille, dit qu'il a vû en différens cabinets trois médailles de Philippe qui ont ce même revers, mais avec quelques différences remarquables que je vais rapporter ici. Ce bâtiment carré que nous appellons une Arche, flotte dans les eaux dans ces médailles de Philippe, ce qu'on ne remarque pas sur le médaillon du Roi, où l'Arche paroît être sur terre. L'oiseau qui vole dans les médailles de Philippe, tient un rameau dans ses griffes, ce qui ne se voit pas dans le médaillon de

---

CAPUT VII.

I. Nummus Apameæ, in quo Arca veluti quædam exhibetur. II. Hanc pro arca Noæ quidam habuerunt. III. Alii vero pro arca Deucalionis.

I. NOn alium opportuniorem locum novimus huic Regio explicando numismati, in quo Severus Imperator repræsentatur, & ab altera parte, ædificium [2] quodpiam quadratum, in quo vir & mulier quos putant esse Deucalionem & Pyrrham. Nummus percussus est Apameæ Syriæ, quam olim Pellam vocabant. Ædificium illud pro arca lignea habitum fuit & omnino habendum videtur. Vir autem & mulier qui intra ædificium illud quadratum conspiciuntur, extra illud etiam stantes visuntur, manum erigentes. Inclusis certæ illis ita similes sunt, ut jure putetur eosdem esse, qui in eadem postica nummi facie repetuntur, denuoque repræsentantur. Inscriptio circum talis est, Ἐπὶ ἀγωνοθέτου Ἀρτέμα γ. Id est, sub Agonotheta, Artema, *cum jam tertium hoc muneris exerceret* : In exergo legitur Απαμέων, inque latere uno ædificii sive arcæ Deucalionis, ut vulgo putatur, scribitur Νεωκ id est, Νεωκόρων. Neque omittendum est in arcæ ora conspici avem, aliamque item avem quæ versus arcam volat.

II. Hic damus posticam faciem nummi Septimii Severi Imperatoris. Hæc porro postica facies occurrit etiam in nummis Philippi Patris. Octavius Falconerius qui in hunc nummum dissertationem edidit, ait se in variis Museis tres nummos vidisse cum hoc in postica facie typo : sed discrimina quædam non levia præferenti, quæ hic nobis exprimenda sunt. Isthæc quadrata fabrica, quam arcam vocamus, in undis fertur in nummis Philippi, id quod in nummo Regio non perspicitur, ubi arca solo nixa videtur esse. Avis quæ in nummis Philippi volat, ramum tenet unguibus, id quod

Severe, où l'oiseau qui vole n'a rien aux pieds : il y a encore quelque différence dans la forme de l'Arche, mais qui n'est pas bien considérable : cela peut venir ou du dessinateur, ou du graveur, ou de celui qui l'a faite dessiner ou graver selon son idée. Il arrive très souvent qu'un Antiquaire fait dessiner une médaille, ou un monument selon son opinion, qui ne se trouve pas toujours conforme à la vérité. Mais ce qu'il y a de plus singulier, c'est qu'au lieu du NEΩK qu'on lit sur l'Arche au médaillon du Roi, & qui se doit lire NEΩKOPΩN, sur les médailles de Philippe on lit NΩE bien formé. Ottavio Falconieri habile Antiquaire a lû ainsi, ce qui fait juger que s'il y a erreur, elle est du côté du monetaire, n'étant pas vraisemblable qu'il s'y soit trompé, lui qui étoit si versé dans ces sortes de monumens. D'ailleurs l'Abbé Seguin Doyen de saint Germain de l'Auxerrois, & plusieurs autres Antiquaires assuroient qu'il y avoit NΩE, & que les caractéres étoient très bien marqués. Au reste des trois médaillons qu'Ottavio Falconieri avoit vûs, il n'y en avoit qu'un où les lettres étoient bien conservées, dans les autres elles étoient si effacées, qu'on n'y pouvoit rien lire sûrement.

Noé vient si bien à la figure, que plusieurs crurent qu'effectivement le monetaire avoit voulu mettre ainsi, & représenter dans l'Arche Noé & sa femme. Apamée étoit si voisine de la Judée que l'histoire de Noé ne pouvoit pas y être inconnuë, & cette histoire est si marquée sur la médaille, que le nom de Noé ajoûté semble d'abord favoriser ce sentiment. D'autres crurent que NΩE n'est là autre chose que les trois dernieres lettres du mot AΠAMEΩN mises à rebours : peut-être diroit on mieux que c'est une erreur du monetaire, qui au lieu de NEΩK qu'on voit au même endroit dans le médaillon du Roi, aura mis NΩE, en transposant deux lettres.

III. Quoiqu'il en puisse être, l'opinion commune & la plus vraisemblable est, que c'est le déluge de Deucalion & de Pyrrha, qu'on a voulu mettre ici, & que Deucalion & Pyrrha qu'on voit d'abord dans l'Arche, sont après cela représentés hors de l'Arche debout & sur terre, pour marquer que c'est par le moyen de cette Arche qu'ils furent sauvés, & qu'ils prirent enfin terre, pour réparer le genre humain. C'est l'opinion commune tant des anciens que

---

in hoc Severi nummo non conspicitur, nihil enim gestat avis. In arcæ quoque forma nonnihil discriminis intercest, sed parvi momenti; id vero proficisci potuit aut ex eo qui delineavit, aut ex conflatore, aut demum ex eo qui in tabula sculpi jussit, qui id arbitrio suo aut ex præjudicata opinione sic repræsentari voluit. Sæpissime namque viri antiquitatum studiosi, nummum aut aliud monumentum delineari curant secundum opinionem suam, quæ non semper ad rei veritatem quadrat. At quod omnium singularissimum est : illius loco NEΩK quod arcæ inscriptum legitur, quodque legimus N[illegible], in nummis Philippi optime formatis litteris legitur NΩE. Octavius Falconerius vir rei Antiquariæ peritissimus sic legit : unde inferas, si error est, illum ad Monetarium pertinere; cum nullo modo sit verisimile, Falconerium in lectione aberravisse, qui erat in re versatissimus. Alioquin vero Seguinus sancti Germani Autissiodorensis Decanus, aliique plurimi monetarii affirmabant NΩE legi, esseque characteres optime efformatos. Ex tribus porro nummis quos viderat Falconerius, unus tantum erat in quo litteræ bene formatæ essent : in aliis quippe ita deletæ erant, ut nihil non tuto legi posset.

Noe cum proposita figura ita consentit; ut plurimi crediderint Monetarium ita ponere voluisse, ac si putaret duos illos in arca inclusos, patriarcham illum esse cum uxore sua. Apamea ita Judææ vicina erat, ut Noæ historia ignota ipsi esse non posset : hæc autem historia ita in nummo expressa conspicitur, ut additum nomen *NOE* huic statim opinioni favere videatur. Putarunt alii hoc ipsum NΩE nihil aliud esse, quam tres postremas literas vocis AΠAMEΩN inverso ordine positas, Fortasse vero melius dicatur errorem [illegible] Monetarii, qui loco τῦ NEΩK in nummo Regio positi, NΩE duabus inversis litteris posuerit.

III. Ut ut res est, vulgarior & verisimilior est opinio, diluvium Deucalionis & Pyrrhæ [illegible], Deucalionem vero & Pyrrham qui in arca conspiciuntur, extra arcam postea stantes exhiberi, ut significetur ipsos per arcam servatos fuisse, demumque vero exscensum in terram fecisse, ut gene[illegible]

des modernes, que les Gentils ont tiré leur fable de Deucalion de l'hiſtoire véritable de Noé, & ce qui ne laiſſe aucun lieu d'en douter, c'eſt que Plutarque dans ſon Livre *de Solertia animalium*, dit que ſelon les Mythologues, Deucalion lâcha la colombe, que ce fut une marque que le déluge duroit encore, quand elle revint dans l'Arche, & qu'il étoit fini, lorſqu'elle s'envola tout-à-fait.

---

humanum reſtaurarent. Ea vero communis eſt veterum & recentiorum opinio profanos illos Deucalionis fabulam ex vera Noæ hiſtoria mutuatos eſſe: & quod ea in re nihil dubii relinquit, Plutarchus in libro *de Solertia animalium*, ait Deucalionem ſecundum Mythologos columbam emiſiſſe, ſignumque fuiſſe adhuc perſeverare diluvium quando illa ad arcam rediit, deſiiſſe vero quando penitus avolavit, neque rediit.



CHAPITRE VIII.

I. Temple des Bithyniens. II. Temple de Phaneas ſur une montagne. III. Temple de la communauté des villes d'Aſie. IV. Médaillon des jeux Actiaques, &c. V. Deux temples de Sardes. VI. Médaillons qui repréſentent chacun trois temples. VII. Autres temples. VIII. Le mont Argée. IX. Forme extraordinaire d'un temple.

I. LE beau temple des Bithyniens [3] eſt tiré d'un médaillon d'Hadrien, le frontiſpice eſt à huit colomnes d'ordre Corinthien. Sur l'entablement & dans le fronton eſt repréſenté un homme armé qui ſacrifie : c'eſt apparemment l'Empereur Hadrien pour lequel le médaillon a été frappé; l'inſcription porte qu'il a été frappé par le commun des Bithyniens, κοινὸν Βιθυνίας. 3

II. Le temple de Phaneas [4] ville de Syrie, ſitué ſur une haute montagne eſcarpée ſe voit dans un autre médaillon. On y montoit par un grand eſcalier auprès duquel étoient pluſieurs petites maiſonnettes; vis-à-vis du temple ſur une pointe plus élevée ſe voit une maiſon qui eſt apparemment un Oratoire. Devant le plus grand temple eſt la figure d'un homme, peut-être d'une divinité qu'il n'eſt pas aiſé de reconnoître. Ce qui eſt à remarquer, eſt qu'au bas de la montagne il y a une barriere avec deux grandes portes aux deux bouts, par où on paſſoit pour gagner, ou l'eſcalier qui conduiſoit au temple, ou le chemin tracé qui menoit au petit Oratoire; en ſorte que ces avenuës n'étoient 4

CAPUT VIII.

I. Templum Bithynorum. II. Templum Phaneadis in monte ſitum. III. Templum ſocietatis urbium Aſiæ. IV. Nummus Actiacorum ludorum &c. V. Duo templa Sardianorum. VI. Nummi qui tria templa ſinguli repræſentant. VII. Alia templa. VIII. Mons Argæus. IX. Cujuſdam templi inſolita forma.

I. TEmplum elegans [3] Bithynorum ex nummo Hadriani eductum eſt; frontiſpicium eſt octo columnarum ordinis Corinthii. Supra tabulatum in faſtigio repræſentatur vir armatus ſacrificans. Eſtque, ut creditur, Hadrianus Imperator, in cujus honorem nummus percuſſus eſt.

II. Phaneadis urbis Syriæ templum, in vertice montis excelſi & prærupti poſitum in alio Regio nummo viſitur. Eo aſcendebatur per ſcalam magnam propter quam ædiculæ multæ erant. E regione templi in alio vertice excelſiore ædicula viſitur fortaſſe oratorium. Ante majus illud templum vir viſitur, ſeu forte numen aliquod, non cognitu facile. Quod autem ſummopere obſervandum, ad pedem montis cancelli ſunt diſpoſiti cum duabus utrinque portis: per unam aditus erat ad ſcalam, qua in templum aſcendebatur; per alteram iter erat ad ædiculam. Ita ut hæ portæ, ut credere eſt,

pas apparemment ouvertes à tout le monde. L'inſcription porte que c'eſt Phaneas ville de la Syrie Paleſtine, qui a frappé cette médaille.

5 III. Le temple qui ſuit [5] eſt de la communauté des villes d'Aſie, au nombre de treize, deſquelles nous avons parlé aſſez amplement au troiſiéme tome p. 193. M. Vaillant croit que la déeſſe qui eſt à l'entrée, & qui a une tour ſur la tête eſt Junon des nôces, *Juno pronuba.* Cela peut être : mais nous ne voyons guere Junon avec cette haute tour ſur la tête ; le frontiſpice eſt à ſix colomnes d'ordre Dorique, avec d'autres ornemens que chacun peut remarquer : le médaillon a été frappé ſous Fronton Aſiarque & grand Prêtre.

6 IV. L'image des jeux [6] Actiaques, & des Pythiens Philadelphiens eſt un revers de Septime Severe, fait en l'honneur de ces jeux. Les Actiaques, jeux anciens qui ſe célébroient de trois en trois ans, furent renouvellés du temps d'Auguſte en mémoire de la bataille d'Actium ; il fut alors ordonné qu'ils ſe célébreroient de cinq ans en cinq ans. Les jeux Pythiens étoient établis en l'honneur d'Apollon, qui tua le ſerpent Python : là les Poëtes, les Muſiciens & les joueurs d'inſtrumens ſe diſputoient à l'envi les couronnes de laurier : on y joignit depuis les jeux Equeſtres. Ces jeux furent appellés du temps de Septime Severe Philaldelphiens en l'honneur de la prétenduë concorde & amitié qui étoit entre Caracalla & Geta freres, fils de Septime Severe. Le médaillon eſt frappé à Perinthe ; M. Vaillant croit que les deux temples qui paroiſſent ſur ce revers furent bâtis, l'un en l'honneur de Severe, & l'autre en l'honneur de ſes deux enfans : cela ſe peut ; mais je voudrois d'autres garans pour dire cela ſi préciſément : ne peut-il pas ſe faire qu'ils étoient bâtis pour les deux freres ? Au-deſſus des deux temples ſont deux vaſes, dans chacun deſquels eſt une palme pour ceux qui auroient remporté la victoire dans les jeux célébrés en l'honneur de ces deux freres Caracalla & Geta, qui s'entr'aimoient tant, que l'aîné n'eut point de repos qu'il n'eût tué ſon frere puîné.

7 V. Le médaillon ſuivant [7] frappé à Sardes qui eſt qualifiée ici deux fois de Néocore, préſente deux temples, & en montre le frontiſpice qui a quatre colomnes, & le côté qui en a huit en y comprenant celles des angles qui ſont

non paterent cuilibet accedenti. Inſcriptio ſic habet πόλεως Συρίας Παλαιςίνης, *urbis Syriæ Paleſtinæ.*

III. Templum ſequens eſt ſocietatis urbium Aſiæ, quæ numero tredecim communi fœdere jungebantur. De illis ſatis egimus tomo Antiquitatis explanatæ tertio p. 193. Putat Valentius deam in templi ingreſſu poſitam & turritam, eſſe Junonem pronubam ; neſcio an recte conjecerit ; nam Junonem ſic turritam perraro vidimus. Frontiſpicium eſt ſex columnarum ordine Dorico, cum cæteris ornamentis, quæ licet cuivis diſpicere. Inſcriptio ſic legitur, κοινὸν ιγ. πόλεων, Προδίκε, Καίε Αἰλίε Φρόντωνος Ἀσιάρχε κὶ ἀρχιερέως, ιγ. πόλεων. *Commune tredecim urbium, Curatore Caio Ælio Frontone Aſiarcha & ſummo Sacerdote tredecim urbium :* Paulo ſecus legit Valentius.

IV. Actiacorum [6] ludorum & Pythiorum Philadelphiorum nummus, poſticam exhibet faciem nummi Septimii Severi, in honorem hujuſmodi ludorum percuſſi. Actiaci ludi veteres qui ternis quibuſque annis celebrabantur, Auguſti tempore renovati ſunt in memoriam Actiacæ victoriæ. Illo autem tempore ſtatutum fuit, ut quinis quibuſque annis celebrarentur. Pythii ludi in Apollinis honorem conſtituti fuerant, qui Pythonem ſerpentem occiderat. In iis porro ludis, Poëtæ, Muſici, Citharœdi, quique cætera muſica organa tractarent, æmulatione mutua de coronis laureis certabant. His adjuncti deinceps fuere ludi equeſtres. Hi ludi tempore Septimii Severi, Philadelphii, in honorem videlicet amoris mutui, ut dicebant, inter Caracallam & Getam fratres, filios Septimii Severi. Nummus percuſſus eſt Perinthi. Opinatur Valentius duo templa in hoc nummo exhibita, conſtructa fuiſſe, alterum in patris, alterum in filiorum honorem, quod quidem fieri potuit ; verum an non etiam potuerunt in honorem duorum fratrum duo templa conſtrui ? ſed vellem aliquo ſaltem probari poſſe modo. Supra templa illa duo vaſa ſunt in quibus palmæ iis deputatæ, qui victoriam retuliſſent in ludis illis in honorem fratrum Caracallæ & Getæ qui tam mutuo amore flagrabant, ut major non quieverit, quam minori necem intuliſſet.

V. Nummus ſequens Sardibus percuſſus, quæ civitas hic bis Neocora dicitur, duo monſtrat templa, quorum frontiſpicia quatuor columnarum

ainsi comptées deux fois : sur les deux temples on voit deux couronnes de feuilles. Monsieur Vaillant dit p. 220. que Sardes obtint le premier *Néocorat*, sous Hadrien, le second sous Caracalla, & le troisiéme sous Valerien ; il ne se souvient pas qu'il a rapporté lui-même, & dans ce même ouvrage des médailles grecques, deux médailles de Severe frappées à Sardes, où les Sardiens sont appellés deux fois Néocores, & qui plus est dans Commode même il en donne une où cette même inscription δὶς νεωκόρων se trouve. Ce n'est donc pas sous Caracalla que Sardes a commencé d'être deux fois Néocore. Il faut rappeller ici ce que nous avons dit ci-devant, touchant ces deuxiémes, troisiémes & quatriémes Néocorats. M. Vaillant qui prétend que cette gradation se faisoit sous différens Empereurs, auroit pû trouver dans son Livre même de fortes raisons contre son systême ; mais ces exemples qu'il apporte lui-même, ne paroissent pas l'avoir fort ébranlé, peut-être faute d'attention. La chose n'est pas encore entierement décidée ; il faut espérer que le grand nombre de médailles & de médaillons qu'on déterre tous les jours, nous apportera de nouveaux éclaircissemens.

VI. Le médaillon précédent avoit deux temples, & [8] celui-ci en a trois. Il 8
est frappé à Smyrne, chaque temple a une couronne sur la pointe du fronton, peut-être pour marquer les victoires remportées dans les jeux. Nous les voyons assez souvent célébrés dans ces médaillons : quoiqu'il y ait trois temples, Smyrne n'est pourtant marquée que deux fois Néocore : ce qui prouve que le nombre des temples ne se rapporte pas toujours au nombre des Néocorats.

On voit [9] de même trois temples dans le médaillon qui suit : dans le temple 9
du milieu est la figure de Jupiter assis à l'entrée : ce médaillon de l'Empereur Caracalla est frappé à Pergame. Celui [10] qui vient après frappé à Perinthe, 10
montre deux temples, & par-dessus deux vases, avec deux palmes pour les jeux Actiaques & Pythiens dont nous avons parlé ci-devant. Les Perinthiens sont ici dits simplement Néocores, & non pas deux fois Néocores : quoiqu'il y ait deux temples. Autre preuve que le nombre des temples n'est pas tou-

---

sunt ; in latere autem octo columnæ numerantur, bis numeratis illis columnis quæ angulos occupant. Supra templa duæ coronæ visuntur ex foliis concinnatæ. Dicit Valentius p. 220. Sardianorum civitatem primum Neocoratum obtinuisse sub Hadriano, secundum sub Caracalla, tertium sub Valeriano. Non recordatur videlicet se eodem in opere de nummis Græcis, duos Severi nummos Sardibus percussos posuisse, ubi Sardiani bis Neocori vocantur, & in Commodi etiam nummis unum ibidem reperiri cum eadem inscriptione δὶς νεωκόρων. Non igitur sub Caracalla cœpit Sardianorum civitas bis Neocora esse. Hic jam in mentem revocanda sunt ea quæ supra diximus, circa illas inscriptiones, bis, ter, quater Neocoras civitates perhibentes. Valentius qui vult illos Neocoratus sub diversis Imperatoribus numero auctos fuisse, in libro etiam suo exempla & quidem conspicua reperire poterat opinioni suæ adversa. At illa quæ ipse affert exempla, non videntur illum à proposito vel tantisper dimovisse : forte non advertit animum ad illa. Res nondum penitus explorata est. Sperandum autem ex magno illo nummorum numero, qui quotidie ex tenebris & pulvere eruuntur, aliquid tandem lucis accessurum esse.

VI. Nummus præcedens duo templa, hic tria exhibet ; Smyrnæ autem percussus est. Singula vero templa in fastigii angulo coronam habent hærentem, ad significandas, ut puto, victorias in ludis istis reportatas. Sic victorias in nummis maximi molis, frequenter celebratas cernimus. Etsi porro tria templa sint, Smyrna tamen bis tantum Neocora hic dicitur. Unde probatur id quod supra dicebamus templorum numerum non semper ad Neocoratuum numerum quadrare, quod tamen existimavit Dalenius, nec sine aliqua, ob exemplorum frequentiam, probabilitate.

Tria [9] quoque templa observantur in nummo sequenti. In eo autem, quod medium tenet, Jupiter in templi ingressu sedens conspicitur. Hic Caracallæ nummus Pergami percussus est. Sequens [10] Perinthii percussus duo templa exhibet, & in suprema nummi parte duo vasa cum palmis pro ludis Actiacis & Pythiis, de quibus supra diximus. Perinthici hic Neocori tantum, nulloque addito Neocoratuum numero dicuntur, etsi, cum duo sint templa, bis Neocori secundum quorundam opinionem dicendi sunt. Hinc iterum probatur numerum

11 jours le même que celui des Néocorats. Un autre de Smyrne [11] a trois temples comme ci-devant. Le troisiéme Néocorat est ici marqué : cela arrive assez souvent, mais non pas toujours.

12 VII. Un autre [12] médaillon de Caracalla nous montre au revers deux temples, dans l'un desquels est à l'entrée l'Empereur Caracalla, qui tient une pique, & en habit de guerre; & dans l'autre une femme assise, qu'on croit être Julia Domna sa mere, qui tient sur la main droite une victoire, & de la gauche une pique. Ces temples étoient consacrés à l'Empereur & à sa mere, & c'est pour cela que l'inscription du médaillon appelle les Tralliens, qui l'ont frappé, Néocores des Augustes.

13 Dans un médaillon des [13] Perinthiens, la ville même de Perinthe représentée en femme, qui a une tour & des creneaux sur la tête, tient sur chaque main un temple, & a un autel flamboyant à ses pieds.

14 VIII. Le mont [14] Argée, une des plus hautes & des plus escarpées montagnes, étoit auprès de Césarée de Cappadoce; nous le voyons ici au revers d'un médaillon de Macrin frappé à Césarée. On trouve assez souvent cette montagne sur les médailles, mais la petitesse de l'espace ne permettoit pas de le représenter si distinctement qu'il l'est ici, où l'espace est plus grand. Ceux de Césarée honoroient ce Mont comme une divinité. On voit tout au bas un temple à quatre colomnes, à chaque côté du temple est une urne avec une palme, telle que nous en avons vû plusieurs ci-devant. Sur le plus haut sommet de la montagne est représenté l'Empereur Macrin, tenant une pique, & à droite & à gauche, le Soleil & la Lune. Dans l'exergue entre les lettres qui forment l'inscription, on voit une urne de la forme des précédentes avec une palme; l'inscription porte que la médaille est frappée dans Césarée Métropole l'an second : on doit entendre l'an second de l'Empereur Macrin, qui n'acheva pas cette seconde année.

IX. Il n'est guere de forme de temple plus singuliere que celle qu'on voit dans Tristan t. 2. p. 517. sur une médaille de Gordien Romain; tout y est extraordinaire : ce temple a quatre colomnes, deux de chaque côté, qui laissent un plus grand vuide entr'elles que nul autre; les termes d'Architecture manquent pour exprimer le reste. Peut-être que les ornemens qu'on voit au

---


templorum non eundem semper esse qui Neocoratuum. Alius Smyrnæ [11] nummus templa habet tria ut supra, tertiusque hic Neocoratus notatur, ut sæpe alibi accidit; sed non semper.


VII. Alius Caracallæ [12] nummus duo templa in postica facie exhibet, in quorum altero Caracalla ipse in ingressu exhibetur stans, dextera hastam tenens, veste militari. In alio templo mulier sedens conspicitur, quam esse putant ejus matrem Juliam Domnam, dextera victoriam tenentem, sinistra hastam. Hæc templa Imperatori & matri ejus sacra erant, ideoque inscriptio nummi Trallianos qui percusserunt eum, Neocoros Augustorum exhibet.

In nummo [13] Perinthiorum, urbs ipse Perinthus muliebri habitu & turrita in utraque manu templum tenet, & ad pedes aram habet flammas emittentem.

VIII. Mons [14] Argæus, inter altissimos asperrimosque numerandus, prope Cæsaream Cappadociæ erat; hic ille est quem hic videmus in postica facie nummi Macrini Cæsareæ percussi. Hic porro mons sæpe occurrit in nummis, sed in minoris molis nummis, ubi tam exigua est area vix ut possis omnia distinguere, ut in hoc nummo longe majus spatium exhibente. Cæsarienses porro montem Argæum ut deum colebant. Ad montis radices templum est quatuor in frontispicio columnas habens. Ad utraque templi latera urna cum palma visitur, quales plurimas supra conspeximus. In summo vertice montis stat Imperator Macrinus hastam tenens, ad cujus dexteram sunt sol & luna. In exergo inter litteras inscriptionis urna visitur præcedentibus similis. Inscriptio autem est : μητροπόλεως Καισαρίας νεωκόρυ ἔτυς β. *Metropoleos Cæsareæ Neocoræ anno secundo*, scilicet Macrini, qui secundum annum non complevit.

IX. Singularius nusquam templum occurrit eo quod edidit Tristanus tomo 2. p. 417. in nummo videlicet Gordiani Romani. Ejus frontispicium quatuor habet columnas, majus in medio spatium relinquentes quam in aliis conspiciatur. Architectonicæ verba non suppetunt ad cætera exprimenda. Ornamenta illa quæ supra columnas conspi-


TEMPLES
VIII Pl du Tom II
ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ
ΑΠΑΜΕΩΝ
ΝΕΩΚ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ
Medaillons du Roy
Tom II. 8



deſſus des colonnes étoient paſſagers : ce qui pourroit le faire croire, ce ſont ces feuillages qu'on voit ſur le ſommet qu'ils pourroient avoir mis là pour une grande fête. Triſtan croit que ces feuillages ſont un bocage de lauriers planté au-delà du temple, mais cela ne paroit nullement ſur l'image. Ces feuillages ſemblent ſortir du grand feſton de lauriers entrelacés, qui fait un arc pardeſſus le temple. L'Empereur Gordien & l'Impératrice ſont devant le temple, & portent la main ſur un grand vaſe plein de palmes ; au côté des deux ſont deux grandes palmes fichées en terre ; il ſemble qu'il vont tirer les palmes du vaſe pour les donner aux victorieux.

---

ciuntur, ad tempus tantum fortaſſis erant : id quod ſuadere videntur ea quæ ſupra columnas repræſentantur, ſunt enim rami foliaque, ad diem feſtum, ut videtur, appoſita. Putat Triſtanus hæc folia, hos ramos laurorum eſſe nemus eo loci plantatum. Sed in ſchemate non ita res apprehenditur, videntur enim illi laurei rami ex Serto laureo emitti, quod in arcus formam ſupra templum erigitur. Imperator Gordianus & Imperatrix ante templum ſunt, manumque extendunt ad vas magnum palmis plenum ; è latere cujuſque vaſis duæ palmæ in terram defixæ eriguntur. Videntur Imperator & Imperatrix palmas ex vaſis educere velle, ut tradant victoribus.



LIVRE III.

Les Autels & les inſtrumens ſacrés.

CHAPITRE PREMIER.

I. Autels ſinguliers chez les Grecs. III. Autel qui porte ſa victime. III. Autel fort extraordinaire auprès de Breſſe en Italie.

I. OUtre les Autels qu'on a pû voir en grand nombre au ſecond tome de l'Antiquité, on en faiſoit ſouvent d'autres qui n'étoient pas de forme ordinaire. Tel étoit, ſelon Pauſanias, celui que les Béotiens fabriquoient au ſommet du mont Cithæron; ils ſe ſervoient pour le conſtruire de piéces de bois carrées; en ſorte qu'il paroiſſoit être de pierre de taille. Ils mettoient ſur cet autel grande quantité de fagots: les riches ſacrifioient des vaches à Junon, & des taureaux à Jupiter, accompagnés de vin, d'aromates, & d'autres choſes qu'on employoit aux ſacrifices; les moins aiſés y amenoient des moutons, ou des agneaux: on y mettoit le feu, & l'autel brûloit avec les victimes, la flamme étoit ſi grande qu'on la voyoit de fort loin. Nous avons vû au premier tome de l'Antiquité à quelle occaſion ſe faiſoit cet autel de bois.

Dans l'Elide vers l'extrêmité du ſtade où ſe faiſoient les courſes publiques, on montroit le ſépulcre d'Endymion, & au lieu où les Hellanodices, c'étoient les Préfets des jeux, ſe tenoient aſſis, on voyoit une eſpece de remiſe où l'on enfermoit les chevaux qui devoient courir; c'eſt ce qu'on appelloit *Carceres*, ou les priſons, qui avoient la forme d'une prouë de navire, dont l'éperon étoit

---

LIBER III.

Aræ & inſtrumenta ſacra.

CAPUT PRIMUM.

I. Aræ ſingulares apud Græcos. II. Ara cui impoſita victima. III. Ara inſolitæ formæ prope Brixiam in Italia.

I. PRæter aras, quarum magnum vidimus numerum in ſecundo Antiquitatis explanatæ tomo, aliæ ſæpe inſolitæ formæ erigebantur. Talis erat ſecundum Pauſaniam lib. 9. cap. 3. ea quam Bœotii ſtruebant in cacumine montis Cithæronis. Ad ſtructuram autem utebantur quadratis lignis, ita ut ſtatim ex quadratis facta lapidibus videretur. Aræ porro imponebant magnam faſcium congeriem: qui amplioribus erant inſtructi facultatibus, vaccas Junoni ſacrificabant & tauros, cum vino, aromatibus cæteriſque ad ſacrificia uſurpari ſolitis. Qui tenuiore fortuna erant, oves & agnos adducebant. Totum ſuccendebatur, & cum victimis comburebatur ara. Primo tomo vidimus cujus rei occaſione hujuſmodi ſtruebatur ara.

In Elide ad extremam ſtadii partem ubi curſus publici emittebantur, Endymionis ſepulcrum monſtrabant; Eoque in loco ubi Hellanodici ſeu ludorum præfecti conſidebant, carceres erant ex quibus emittebantur equi; hi carceres proræ navis formam

tourné

tourné du côté où ſe faiſoit la courſe ; en droite ligne au-deſſus de l'éperon étoit un dauphin de bronze, le côté plus large de cette prouë étoit tourné vers le portique. A chaque Olympiade on faiſoit ſur le milieu de cette prouë un autel de brique, ſur l'autel on mettoit une aigle qui étendoit bien avant ſes aîles : il y avoit dans l'autel une machine par le moyen de laquelle celui qui étoit prépoſé pour cela, faiſoit élever en l'air cette aigle comme ſi elle eût voulu prendre le vol, & alors le dauphin tomboit à terre : voilà des autels ſinguliers.

II. Hors l'autel de Narbonne donné à la planche LXXIX. du ſecond tome de l'Antiquité, ſur lequel eſt un cochon vivant qui va être immolé, on n'en a point encore vû, ſi je ne me trompe, qui porte ſa victime ; en voici pourtant un [1] ſur lequel un bélier eſt immolé. L'autel eſt carré, outre le grand bord d'enhaut qui eſt auſſi carré, il y en a par-deſſus un autre rond, dans lequel eſt un creux où repoſe le ventre de la victime : il paroit que les boyaux en ſortent, & cela fait croire que la victime eſt dans la diſpoſition où on la mettoit pour que les Haruſpices & les Prêtres puſſent obſerver les entrailles, & en tirer des préſages.

III. Octavio Roſſi dans ſes Memoires Breſcianes, nous a donné la forme d'un autel [2] ſous un couvert ſoûtenu de quatre colomnes. Sur le couvert eſt repréſenté un bélier de pierre noire : ce monument fut détruit, dit-il, par ſaint Charles Borromée, qui pour ôter la mémoire de l'idolâtrie fit tout mettre à bas. Le Roſſi croit que ce bélier étoit l'idole ſous la figure de laquelle on adoroit Jupiter ; mais ne ſeroit-il pas là repréſenté comme la victime qu'on immoloit ordinairement ſur l'autel qui eſt deſſous. Les quatre colomnes qui ſoûtenoient ce couvert étoient, ſelon le même Auteur, de Serpentin bâtard ; l'autel eſt carré & orné de feſtons, comme on peut voir ſur l'image. Ce carré couvert pourroit bien avoir eu le nom de temple, quoiqu'il fut ouvert de tous les côtés. On en faiſoit anciennement de fort petits, & parmi ceux-là on en voyoit qui n'avoient point de murs, mais ſeulement des colomnes pour ſoûtenir le toit. Tel étoit celui de Vienne en Dauphiné que nous avons donné à la planche XXIX. du ſecond tome de l'Antiquité.

---

habebant, cujus roſtrum verſus curriculum vertebatur. Supra roſtrum autem delphinus erat æneus. Prora vero illa qua parte latior erat porticum reſpiciebat. In qualibet Olympiade in medio proræ iſtius ara lateritia ſtruebatur. Cui aræ aquila imponebatur, alas ſupra modum extendens. In ara ipſa machina erat, cujus ope quiſpiam ad rem illam deputatus, aquilam ita erigi & ſuſtolli curabat, ac ſi avolare tentaviſſet : tunc porro delphinus in ſolum cadebat. En aras admodum ſingulares.

II. Præter aram Narbonenſem datam Tab. LXXIX. ſecundi de Antiquitate tomi, in qua ſtat ſus immolandus, [1] non aliam vidi aram quæ victimam ſuam geſtaret. En tamen Romanam aram cui impoſitus eſt mactatus aries. Ara quadrata eſt. Supra ſupernam oram quæ quadrata etiam eſt, alia viſitur ora rotunda, cujus medium concavum, in quo reponitur victimæ venter, hinc inteſtina videntur egredi, unde conjiciatur victimam eo in ſtatu eſſe, quo Haruſpices & Sacerdotes inteſtina explorare poſſent, ut inde futura vel arcana divinarent.

III. Octavius Rubeus in memoriis Brixianis aræ formam protulit, ſub tecto [2] quatuor columnis fulto poſitæ. Supra tectum repræſentatur aries ex nigro lapide. Hoc monumentum, inquit ille, dirutum fuit à S. Carolo Borromeo, qui ut idolatriæ memoriam obliteraret, ſolo omnia æquari juſſit. Putat Octavius Rubeus arietis ſpecie & forma cultum fuiſſe Jovem. At nonne potius aries hic ut victima repræſentatur, quæ in ſuppoſita ara immolari ſolebat ? Quatuor columnæ queis tectum ſuſtentabatur erant, teſte Rubeo, ex ſerpentino notho. Ara quadrata eſt ſertiſque ornata ut in ſchemate obſerves. Hæc quadrata ſtructura potuit pro templo haberi & templum vocari, etſi undique eſſet apertum. Olim templa admodum exigua parabantur ; interque templa muris deſtituta quædam obſervabantur, quale erat illud Viennæ in Galliis, cujus formam depingi curavimus tomo Antiquitatis explanatæ ſecundo Tab. XXIX.

CHAPITRE II.

I. Autel d'Hercule appellé Saxanus, *nouvellement déterré. II. Autre* Hercule Saxanus *de Tivoli.*]

Pl. X. I. Voici une découverte toute récente, & des plus curieuses. On déterra l'an 1721. à Norri, Village à une lieuë de Pont-à-Mousson, tirant vers Metz, un autel dont on donne ici le dessein tel que l'a envoyé Madame la Duchesse de Lorraine à feuë Madame sa mere qui eut la bonté de me le communiquer : cet autel étoit dans des carrieres. Sur la face de devant est l'inscription qui nous apprend par qui, & en l'honneur de quelle divinité il avoit été fait ; sur une autre face étoit la massuë d'Hercule, telle qu'on la voit ici ; l'inscription se doit lire ainsi, *Jovi optimo, maximo, & Herculi Saxano sacrum, Publius Talpidius Clemens Legionis octavæ Augustæ cum militibus Legionis ejus votum solverunt lubentes merito ;* le sens est, *consacré à Jupiter très bon & très grand, & à Hercule Saxanus, c'est-à-dire de la roche. Publius Talpidius Clemens de la Légion huitiéme Auguste, & les soldats de la même Légion ont accompli volontiers leur vœu, comme le devoir le demandoit.*

Ce commencement de l'inscription, *Jovi optimo maximo, & Herculi*, pourroit peut-être marquer le temps de Dioclétien & de Maximien, dont le premier se faisoit appeller Jovius, & le second Herculius ; sous cet empire on faisoit aller volontiers ces deux dieux ensemble, un grand nombre de médailles de l'un & de l'autre ont l'inscription *Jovi & Herculi*, à Jupiter & à Hercule.

II. *Herculi Saxano*, à l'Hercule de la roche, ou des roches : ce surnom étoit donné à Hercule par rapport aux carrieres où l'autel étoit construit, & les soldats de la Légion huitiéme l'appellerent apparemment ainsi, à l'imitation de l'Hercule de Tibur ou Tivoli, qui s'appelloit aussi *Saxanus*, nom pris des rochers qu'on voit en grand nombre autour de Tivoli ; l'inscription qui l'apprend a été tirée d'une table de marbre incorporée dans le mur d'une hôtellerie de cette petite Ville ; la voici comme elle est dans Gruter, XLIX. 3.


CAPUT II.


I. Ara Herculis Saxani nuperrime eruta. II. Alter Hercules Saxanus Tibure.

I. En monumentum recens effossum & singularissimum. Anno 1721. in vico cui nomen Norri Mussiponto distan, una, ut aiunt, leuca, qua iter est ad Metensem civitatem, Ara cujus hic schema proferimus, detecta fuit. Serenissima Princeps Lotharingiæ Ducissa aram misit serenissimæ Ducissæ Aurelianensi matri suæ, cujus exequias haud ita pridem dolentes celebravimus. Hæc porro serenissima Princeps schema mihi delineatum dono dedit, ut in publicum emitterem. Ara istæc in Latomiis erat. In anteriore facie inscriptio habetur, qua docemur, quis aram posuerit, in cujus item numinis honorem ; in altera vero facie clava erat Herculis, qualem hic damus. Inscriptio autem sic legenda est ; *Jovi optimo, maximo, & Herculi Saxano sacrum. Publius Talpidius Clemens Legionis Octavæ Augustæ cum militibus legionis ejus votum solverunt lubentes merito.*

Hoc autem inscriptionis initio *Jovi optimo maximo & Herculi*, tempus fortasse indicaverint Diocletiani & Maximiani, quorum primus Jovius, alter Herculius appellabatur. His Imperatoribus hæc duo numina simul ponebantur. Multa horum Augustorum numismata hanc inscriptionem habent *Jovi & Herculi*. Hoc vero conjecturæ tantum loco dictum sit.

II. *Herculi Saxano.* Id est Herculi in Saxo seu in rupe posito. Hoc vero cognomen Herculi haud dubie datur, quia in ipsis latomiis erat ara. Legionis porro octavæ milites hoc ipsi cognomen indiderunt, exemplo ducti Herculis illius Tiburtini, qui etiam Saxanus vocabatur, ex saxis & rupibus, quæ circum Tiburem undique visuntur. Inscriptio qua Herculem illum Saxanum Tiburtinum novimus, ex marmore educta est, ad muri structuram adhibito in Pandocheo quodam Tiburtino. En illam ut apud Gruterum habetur p. XLIX. 3. *Her-*


AUTELS
1
Tom. II.



Herculi Saxano ſacrum Servius Sulpicius Trophimus ædem, Zothecam, culinam pecunia ſua à ſolo reſtituit idemque dedicavit Kalendis Decembris, Lucio Turpilio Dextro, Marco Mæcio Rufo Cos.... tachicus Servius peragendum curavit; c'eſt-à-dire, *ce lieu eſt conſacré à Hercule Saxanus, ou des roches. Servius Sulpicius Trophimus a rebâti depuis les fondemens à ſes propres frais, la maiſon, le couvert de la baſſe cour, & la cuiſine; & il en a fait la dédicace aux Kalendes de Décembre, ſons le Conſulat de Lucius Turpilius Dexter, & de Marcus Mæcius Rufus.... Servius a eu ſoin de conduire l'ouvrage à ſa perfection*; il y a ſur la fin un mot imparfait, & peut-être corrompu; le Conſulat eſt de l'an 225. de Jesus-Christ.

C'eſt apparemment à l'imitation de cet Hercule Saxanus que les ſoldats de la Légion huitiéme, firent cet autel, & donnerent à Hercule le même ſurnom : ces Légions Romaines portoient ainſi le culte de Rome, & des environs dans des Pays lointains, ce qui ſe peut prouver par d'autres exemples. Cet Hercule étoit donc appellé *Saxanus* parce qu'il étoit dans les roches; il y avoit à Rome un petit temple de la bonne déeſſe, appellée *Subſaxana*, parce qu'il étoit bâti au bas d'une roche, le Nardini croit qu'il étoit ſous la roche du mont Aventin.

La maſſuë d'Hercule eſt faite d'une maniere aſſez particuliere; elle a une poignée aſſez propre, avec des bandes en relief, de peur qu'elle ne gliſsât dans la main : c'étoit une ſorte d'arme dont uſoient les Germains de ce temps-là, même ceux qui ſervoient dans l'armée Romaine, comme nous avons fait voir tom. 4. de l'Antiquité pl. xv. Le deſſus de l'autel eſt remarquable, ce qui le borde deux côtés n'a point de nom, & ſe remarque aiſément à l'œil; le milieu eſt creux comme une coupe ou une patere : c'eſt apparemment pour recevoir les libations, ou le ſang des victimes.

---

culi Saxano ſacrum Servius Sulpicius Trophimus ædem, Zothecam, culinam pecunia ſua à ſolo reſtituit, idemque dedicavit Kalendis Decembris. Lucio Turpilio Dextro, Marco Mæcio Rufo conſulibus..... tachicus Servius peragendum curavit. Zotheca hic cortem ſignificat, in qua animalia quædam degebant, ut nomen ipſum ſonat. Conſulatus autem eſt anni Domini 225. In fine nomen quodpiam vitiatum eſſe videtur, nec reſtitui poteſt.

Ad hunc, ut puto, Herculem Saxanum reſpicientes legionis octavæ milites, hanc erexerunt aram, & idipſum nomen Herculi dederunt. Hæ Romanæ legiones Romanum cultum ad remotiſſimas uſque nationes propagabant, id quod etiam aliis probari poſſet exemplis. Hic itaque Hercules Saxanus appellabatur, quia in ſaxis & rupibus erat. Erat item Romæ ædicula Bonæ deæ Subſaxanæ, quia ſub rupe quadam ſtructa ædicula erat. Exiſtimat Nardinus Deam Subſaxanam fuiſſe ſub rupe Aventini montis.

Clava Herculis hic non ſolito more concinnata eſt, Capulum habet non inelegantis formæ cum funiculis prominentibus, ne ex manu facilius elaberetur. Hoc genere armorum utebantur tunc Germani; etiam ii qui in exercitu Romanorum pugnabant, ut in quarto Antiquitatis explanatæ tomo oſtendimus Tabula xv.

Suprema aræ ſuperficies ſpectabilis eſt, talique modo ab extremis partibus ornatur, ut verba non ſuppetant, oculuſque ſtatim percipiat. Superne concava in medio eſt ara, quaſi crater aut patera, ad libationes excipiendas, ſeu etiam ad victimarum ſanguinem continendum.



CHAPITRE III.

I. Autel d'Isis, trouvé à Rome l'an 1729. II. Pris pour un autel par quelques-uns; quoiqu'il n'en ait guere la forme. III. Isis représentée par un vase. IV. Serapis représenté par un serpent qui fait plusieurs contours de son corps. V. Anubis, les instrumens des sacrifices & Harpocrate.

Pl. IX. I. LE marbre suivant fut déterré à Rome l'an 1729. les Dominiquains de la Minerve faisant démolir quelques édifices pour aggrandir leur Bibliothéque, le déterrerent en l'état qu'on le voit représenté dans la planche suivante. Les Antiquaires furent partagés. Il y en a qui dans ces occasions saisissent la premiere idée qui se présente, se hâtent de la produire, & se mettent dans une espece d'engagement de la soûtenir.

II. Quelques-uns prétendoient que c'étoit un autel, d'autres vouloient que ce fût la base de quelque statuë; mais M. l'Abbé Oliva qui fit sur ce monument peu de jours après qu'il eût été trouvé une sçavante dissertation, fit voir qu'il n'y avoit pas grande apparence que ce fût ni l'un ni l'autre. Le dessus du marbre monte quasi en pyramide: il n'a donc pû servir ni à y placer une statuë, ni à faire des sacrifices: c'est selon toutes les apparences quelque vœu qu'on aura fait à Isis exprimé sur ce marbre, avec une partie des divinités Egyptiennes. Il faut pourtant avoüer que ceux qui le prenoient pour un autel, pouvoient alléguer une raison assez plausible. Les instrumens des sacrifices qu'on voit sur une des faces semblent marquer que c'est véritablement un autel; & le nom d'*Ara*, qui avoit plus d'étenduë en Latin qu'autel n'en a en François, pouvoit peut-être lui convenir en quelque sens; mais il n'y a nulle apparence que ç'ait jamais été un autel pour y sacrifier.

Les quatre faces sont chargées de figures. La premiere est celle qui porte une inscription qu'on peut lire sûrement, quoique les premieres lettres soient sautées, avec une partie du marbre; il y avoit *Isidi sacrum*, consacré à Isis. La figure qui occupe cette premiere face est un grand vaisseau, & à mon

---


CAPUT III.

I. Ara sive Cippus Isidis Romæ reperta anno 1719. II. Aram existimarunt esse nonnulli, sed aræ formam vix dicatur habere. III. Isis ceu vas repræsentata. IV. Serapis per Serpentem in gyros multos convolutum adumbratur. V. Anubis, instrumenta sacrificiorum & Harpocrates.

I. MArmor sequens Romæ effossum fuit anno 1719. cum R. P. Dominicani *in Minerva* aliquot ædificia dirui curarent ut bibliothecam suam adaugerent: erutum hoc marmor fuit ea forma eoque in statu quo hic repræsentatur. Rei antiquariæ periti statim in varias abiere sententias: Non desunt enim in ejusmodi occasionibus qui id quod primum succurrit in mentem adoptant, subitoque aliis proferunt, & sic quasi obstricti manent ut quod primum perceperunt, mordicus tueantur.

II. Alii volebant aram esse, alii statuæ cujuspiam basim. Sed D. Abbas Oliva qui non diu postquam hoc monumentum detectum fuit eruditissimam in illud dissertationem emisit, recte probavit nec aram nec basim esse posse videri. Certe cum à suprema parte fere in pyramidem erigatur, nec sistendæ statuæ, nec sacris faciendis destinatum unquam fuit. Putaverim potius esse votum cujuspiam Isidi factum atque in hoc marmore expressum, cum quibusdam Ægyptiis deis. Ii tamen qui aram esse existimabant non spernendam conjecturæ suæ rationem afferre poterant. Instrumenta quippe sacrificiorum, quæ in una marmoris facie comparent, videntur ad aram pertinere; & nomen ara quod latine latius patet quam altare stylo, ut vocamus, Ecclesiastico, poterat fortasse aliqua ratione ipsi competere. Sed non videtur omnino hæc unquam ara fuisse ad sacrificia offerenda.


Quatuor marmoris facies figuris sunt plenæ. Prima facies inscriptionem præ se fert. Licet porro priores litteræ exciderint cum marmoris fracto, potest tamen sine periculo legi, *Isidi sacrum*. Schema totam hanc pene faciem obtinens est vas mag-


AUTEL INSIGNE D'HER
Trouvé près

ULE APPELLÉ SAXANUS



nt a Mouson



avis un boiſſeau, ou un muid qui par le haut ſe termine en cône. Cette partie d'en haut qui va en diminuant, & qui ſelon M. l'Abbé Oliva eſt le couvercle du vaiſſeau, eſt entortillée d'un ſerpent qui hauſſe la tête: ce ſerpent fait trois tours ſur la partie conique, en laiſſant des eſpaces entre les tours; au-deſſous du ſerpent on voit ſur le muid un croiſſant de Lune, dans lequel paroiſſent quelques épis.

III. Ce qui pourra ſurprendre, c'eſt que dans ce marbre conſacré à Iſis, comme l'inſcription porte, on ne trouve pas l'image d'Iſis, quoiqu'on y trouve celle d'Anubis & d'Harpocrate, ſur quoi j'adopte le ſentiment de M. l'Abbé Oliva qui croit que ce muid ou cette urne, car ce mot *urna* ſe prend pour toute ſorte de vaſe creux, que cette urne, dis-je, avec ſes ſymboles eſt là miſe pour Iſis. Un paſſage d'Apulée autoriſe cette explication; le voici. „Un autre portoit en ſon ſein la vénérable image de la ſuprême divinité: ce n'étoit ni un „ mouton, ni un oiſeau, ni une bête fauve, ni même un homme; mais c'étoit „ quelque choſe de fort reſpectable par la ſubtilité de l'invention, & par ſa „ nouveauté: c'étoit la marque, quoi qu'imparfaite, d'une religion ſublime, „ qu'on doit honorer d'un profond ſilence. Cette image étoit une petite urne „ d'or fort brillante, & artiſtement travaillée, dont le fond étoit rond, ornée „ en dehors de figures Egyptiennes. La bouche du vaſe s'élevoit par un long „ tuyau; de l'autre côté le vaſe avoit une anſe large entortillée d'un ſerpent. „ C'étoit ſelon Apulée la repréſentation d'Iſis, qui reſſemble en bien des choſes à celle que nous voyons ici ſur la premiere face du marbre, comme a fort bien remarqué M. l'Abbé Oliva.

IV. Je vais propoſer à préſent ma conjecture ſur des ſymboles ſi myſtérieux: je crois que le ſerpent qui fait pluſieurs tours de ſon corps ſur le haut du muid, repréſente Sérapis, & le croiſſant de la Lune, Iſis; & qu'ainſi cette image ſymbolique eſt là miſe en la place de ces deux divinités. En effet Serapis devoit, ce ſemble, néceſſairement paroître auſſi-bien qu'Iſis ſur un marbre Romain qui repréſente les divinités d'Egypte. Il eſt à remarquer que les monumens Romains des divinités d'Egypte nous montrent Iſis & Serapis, qui donnoient leur nom à une des régions de la Ville; les inſcriptions Latines

---

num, ſeu modius, qui à ſuprema parte in conum deſinit. Hæc vero ſuperna pars quæ dum exſurgit ſenſim minuitur, & quæ, ut arbitratur D. Abbas Oliva, eſt vaſis operculum, ſerpente caput erigente circumplicatur: ſerpens porro tribus ſinuoſis flexibus partem illam conicam ſtringit, inter giros ſpatia relinquens. Sub ſerpente in medio repræſentatur luna creſcens, in qua aliquot ſunt ſpicæ.

III. Mirabitur ſane quiſpiam, cur in marmore Iſidi ſacro, ut inſcriptione docemur, imago Iſidis non adſit, etſi hic conſpiciantur Anubis & Harpocrates. Hic vero Abbatis Olivæ amplector opinionem qui putat hunc modium ſive hanc urnam, nam urna pro quovis vaſe concavo accipitur; hanc urnam, inquam, eſſe hic pro Iſide poſitam. Quam explicationem aſſerere videtur Apulei locus lib xi. Metamorph. *Gerebat alius felici ſuo gremio ſummi Numinis venerandam effigiem, non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem, ſed ſolerti repertu, etiam ipſa novitate reverendam, altioris utcumque & magno ſilentio tegendæ religionis argumentum ineffabile, ſed & ad iſtum plane modum fulgente auro figurata* URNULA *faberrime cavata fundo quam rotundo miris extrinſecus ſimulacris Ægyptiorum effigiata. Ejus orificium non altiuſcule levatum, in canalem porrectum longo rivulo prominebat. Ex alia vero parte multum recedens ſpatioſa dilatione adhærebat anſa, quam contorto nodulo ſuperſedebat aſpis, ſquameæ cervicis ſtricto tumore ſublimis.* Hæc erat, ſecundum Apuleium, Iſidis adumbrata effigies, in multis ſimilis ei, quam in hac imagine noſtra cernimus, in prima nempe facie marmoris, ut optime obſervavit D. Abbas Oliva.

IV. Jam vero conjecturam meam in tam arcana ſymbola proponam. Puto ſerpentem, qui multis gyris modii culmen circumplicat, Serapidem repræſentare, creſcentem vero lunam Iſidem, atque hanc ſymbolicam imaginem hic poni loco duorum illorum numinum. Vereque Serapis quemadmodum & Iſis in marmore Romano numina Ægyptiaca repræſentante comparere debebat. Obſervandum porro eſt monumenta Romana numinum Ægyptiorum, ſæpe monſtrare Iſidem & Serapidem, qui nomen dabant alicui ex urbis regionibus. In

font souvent mention de Serapis & d'Isis, & très rarement d'Osiris. Ce serpent donc à plusieurs contours marque Serapis, ou le Soleil : car selon l'opinion des anciens, Serapis étoit le même que le Soleil : on voit au second tome de l'Antiquité plusieurs images de Serapis, qui a la tête rayonnante comme étant pris pour le Soleil : mais sur tout dans la figure de Serapis que nous donnerons plus bas, pl. XLIII. la plus singuliere de toutes les figures de ce dieu ; la tête couverte d'un boisseau à l'ordinaire, jette des rayons dee tous côtés, & son corps est entortillé d'un serpent à plusieurs contours, qui laissent entr'eux des espaces où sont marqués les douze signes du Zodiaque. Ces contours signifient évidemment les circuits que fait le Soleil autour des douze signes ; je crois donc que ceux que fait le serpent sur ce muid, & qui laissent entr'eux des espaces, marquent la même chose, & signifie le dieu Serapis qui ne pouvoit manquer de paroître en quelque maniere sur un marbre où sont représentés les dieux Egyptiens. Le Croissant sera pour marquer Isis : cela est ordinaire, & ne peut faire aucune difficulté.

J'ajoûterai ici une pensée qui me vient, & qui a toute l'apparence possible. Au-dessus de l'angle de la corniche, on voit une tête de face ; l'autre angle qui est cassé en avoit infailliblement une autre pour faire la symmétrie. Je dis donc que la tête qui reste, & qu'on voit de face représente Isis ou la Lune : il falloit selon toutes les apparences, que celle de l'autre côté qui a sauté montrât le Soleil, ou Serapis à face rayonnante : cela pourra peut-être se vérifier si l'on a ramassé les morceaux du marbre qui a été cassé. Je ne dirai rien des deux oiseaux qu'on voit au-dessus de la corniche vers le milieu ; ils ont à mon avis été mis là pour l'ornement.

V. L'autre face du marbre représente un Anubis avec sa tête de chien ; il tient d'une main une palme & un vase ; l'autre main de laquelle il tenoit peut-être quelque chose est cassée : il porte aux pieds des aîlerons comme Mercure. Voir Anubis avec des symboles de Mercure, c'est chose ordinaire. Apulée dit qu'il portoit un caducée & une palme : nous l'avons vû portant l'un & l'autre dans la planche CXXVIII. du second tome de l'Antiquité ; peut-

scriptiones latinæ Isidem & Serapidem sæpe commemorant, raro autem Osiridem. Serpens ergo ille multis circumplicatus gyris Serapidem, sive Solem significat. Nam secundum veterum opinionem Serapis idem atque sol erat. In secundo Antiquitatis explanatæ tomo multæ habentur imagines Serapidis, cujus caput instar solis radios emittens conspicitur ; maximeque in illo Serapidis schemate quod infra dabitur Tab. XLIII. quæ est omnium Serapidis imaginum singularissima. Caput ejus calatho sive modio opertum radios circumquaque emittit, & corpus ejus ab humeris ad pedes serpente circumplicatur gyris multis ; ita ut inter gyros spatia relinquantur, in queis habentur duodecim Zodiaci signa. Puto itaque eos gyros quos in operculo hujusmodi facit, idipsum significare, nempe cursum solis circa signa Zodiaci. In Tabula CXXXVI. tomi secundi Antiquitatis explanatæ, Serapis est serpens convolutus cum humano capite, reliqua sunt serpentis gyros multos efficientis ; Serapis ergo qui non poterat in hac imagine prætermitti, hoc symbolo repræsentabitur in hac Ægyptiorum deorum imagine. Crescens vero luna pro Iside erit, quod certe sæpe occurrit, nec aliquid difficultatis parere possit.

Hic rem addam quæ in mentem subit, & quæ omnino verisimilis est. In hac ipsa marmoris facie supra angulum coronidis, humanus vultus visitur. In alto autem angulo, qui fractus jam excidit, alius item vultus haud dubie erat, ut aliqua συμμετρία occurreret. Dico igitur caput illud quod adhuc restat & de facie visitur, Isidem aut lunam repræsentare : prorsus autem verisimile est illam quæ jam excidit, solem seu Serapidem exhibuisse radiato capite. Id fortasse verum comprobari poterit, si fracti marmoris partes reperiantur. De duabus avibus supra coronidem in medio stantibus, nihil dicendum suppetit : nam ad ornatum tantum hic constitui potuerunt.


V. Alia marmoris facies Anubin exhibet canino capite. Altera manu tenet palmam ; manus porro altera, qua quidpiam tenuisse videtur, excidit. Alas pedibus hærentes ut Mercurius habet. Anubin certe cum Mercurii symbolis videre, res est vulgaris. Apuleius ait Anubin gestasse caduceum & palmam. Cum his symbolis ipsum conspeximus Tab. CXXVIII. secundi Antiquitatis explanatæ tomi. In hac fortassis imagine Anubis caduceum al-




AUTEL D'ISIS











être que le caducée dans cette figure d'Anubis eſt tombé avec une partie de la main ; le ſceau qu'il porte à la main gauche ſe voit fort ordinairement dans les mains des dieux Egyptiens, pour marquer ou les eaux du Nil qui donnoient la vie à l'Egypte, ou peut-être plus généralement, qûe c'eſt l'eau qui fait ſubſiſter toutes choſes, comme dit Vitruve.

IV. L'Empereur est voilé de sa toge qu'il a fait monter par dessus sa tête. C'est ici qu'on voit manifestement ce qu'on a déja tant de fois observé, que la toge étoit un habit tout ouvert comme un manteau, & non pas fermé comme un cotillon, comme croyoient ci-devant presque tous les Antiquaires Italiens sur l'autorité du Ferrari. On voit ici manifestement les deux angles de devant du bas de la toge, & l'un des angles de la toge du Sénateur voisin. Il sacrifie en versant sa patere sur un trépied qui jette des flammes. Les sacrifices sur des trépieds se voyent assez ordinairement dans les monumens antiques, & Marc-Aurele est aussi représenté sacrifiant sur un trépied dans la colomne Antonine. A côté de l'Empereur est un Salien, Prêtre de Mars, qu'on reconnoit à son bonnet appellé *Apex*, nom pris de la longue pointe qui s'éleve par-dessus. Ce bonnet est arrêté par une attache qui passe par-dessous le menton : ils le lioient ainsi fortement, parce que s'il étoit venu à tomber, il n'y alloit pas de moins que de la perte du Sacerdoce.

V. Ce Salien est là pour faire honneur à son confrere l'Empereur, qui étoit aussi de l'ordre des Saliens. Il étoit entré dans leur Collége dès l'âge de huit ans, dit Capitolin c. 4. ce fut l'Empereur Hadrien qui fit cet honneur au jeune Aurele. Dans ce College il eut un présage qu'il seroit un jour Empereur. Le voici tel qu'il est rapporté par le même Auteur. Comme tous les Saliens jettoient des couronnes sur le pulvinar, celles que les autres jettoient tomberent d'un côté & d'autre où le hazard les portoit ; & celle que Marc-Aurele jetta, tomba sur la tête de Mars, où elle se plaça comme si on l'avoit agencée avec la main. Dans ce Sacerdoce Marc-Aurele brilla par-dessus les autres, & il passa par toutes les supériorités. Il ne faut donc pas s'étonner si étant devenu Empereur, il conserva toujours de l'attachement pour ce Collége, & si dans un sacrifice si célébre il fit tenir un Salien auprès de lui.

Quelqu'un croira peut-être que ce Salien Prêtre de Mars, est une preuve que

---

redd[illegible] gratiis ad[illegible]bat : id quod tam ingentem [illegible] postulabat, ut antequam bellum [illegible] annicum, postquam illa [illegible] festivus quidam poëta [illegible] :

[illegible]

Si [illegible] perimus.

IV. [illegible] Imperator, quam ita ex[illegible] caput suum contenderet. Hic autem [illegible] jam toties observatum est, nempe togam vestem [illegible] apertam ut pallium, non [illegible] tunicellam, id quod ante[illegible] omnes pene Italici Antiquarii, Octavii Ferrarii auctoritate [illegible]. Duo quippe anguli togæ anteriores hic conspiciuntur ; & alter quoque angulus cernitur in toga Senatoris vicini. Sacrificat autem pateram effundens in tripodem flammas emittentem. Ad tripodem sacrificia fieri non raro [illegible], & Marcum ipsum Aurelium in tripode [illegible] item in columna Antonina conspicimus ; A [illegible] Imperatoris Salius est Sacerdos Martis, ab apice quem capite gestat, cognitu facilis ; apex autem sic dicitur à longa virgula quæ in vertice prominet. Fascia ligatur & retinetur apex, quæ ab altera ad alteram genam sub mento deducta, ascendens apicem annectit & firmat. Sic autem fortiter ligabant, quoniam si casu lapsus esset, Sacerdotium haud dubie amisissent.

V. Hic Salius sodali suo Marco Aurelio Augusto honoris causa adest. Octennis enim Marcus Aurelius in Saliorum collegium admissus fuerat, inquit Capitolinus c. 4. Imperatore Hadriano Aurelio juveni hunc honorem deferente. *In Saliatu*, pergit idem, *omen accepit imperii. Coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus, aliæ aliis locis hæserunt ; hujus, velut manu, capiti Martis aptata est. Fuit in eo Sacerdotio & præsul & vates & magister, & multos inauguravit atque exauguravit, nemine præeunte, quod ipse carmina cuncta didicisset.* Nihil mirum ergo si ad imperium evectus, semper idem ipsum collegium affectu prosequutus est, & si in tam celebri sacrificio Salium, qui adstaret, sibi accersiverit.

Existimabit forte quispiam hunc Salium Martis Sacerdotem, sacra Marti fieri indicio esse. Sed tem-

le ſacrifice ſe fait à Mars : mais le temple de Jupiter devant lequel l'Empereur l'offre, me perſuade que le ſacrifice ſe fait à Jupiter. On ſacrifioit ordinairement devant les temples, & au bas de l'eſcalier, ou du perron par lequel on montoit au temple : & ſacrifier à Mars devant le temple de Jupiter, c'eſt une choſe dont je n'ai point encore vû d'exemples. D'ailleurs le Salien préſent au ſacrifice n'eſt pas celui qui ſacrifie ; c'eſt l'Empereur lui-même qui n'a point l'ornement d'un Prêtre Salien. Après tout il pourroit bien ſe faire qu'il ſacrifie en même temps à Jupiter & à Mars.

VI. Devant le trépied on voit le Camille, jeune garçon qui tient l'acerra, ou la boëte à l'encens : il eſt revêtu d'une tunique fort courte. Ces Camilles devoient être *patrimi* & *matrimi*; c'eſt-à-dire, avoir leur pere & leur mere vivans, faute dequoi ils ne pouvoient pas éxercer ce miniſtére. Ce qui eſt à remarquer dans ce Camille, & dans celui de la planche ſuivante, c'eſt qu'ils ont une longue chevelure, contre l'ordinaire des Romains, qui portoient les cheveux fort courts. Il y a grande apparence que cela étoit en uſage pour les Camilles ſeulement, & ce qui me confirme dans cette opinion, c'eſt que dans preſque tous les grands ſacrifices Romains, que j'ai vûs juſqu'à préſent, tous les Camilles ont de longs cheveux. Le joueur de flute qui jouë pendant le ſacrifice, n'a qu'une flute contre l'ordinaire. Ils en ont ordinairement deux, les exemples contraires ſont fort rares. Ce joueur de flute eſt couronné de laurier, il eſt fort jeune, & n'a pas la taille d'un homme fait : ce qu'on remarque non ſeulement ici, mais dans le ſacrifice ſuivant, & dans pluſieurs autres. Ce ſont des particularités que les Auteurs n'apprennent point, & que les amateurs de l'antiquité ſaiſiſſent quand ils en trouvent pluſieurs exemples répétés dans les monumens. Le victimaire couronné de laurier eſt nud juſqu'à la ceinture, & n'a pour ſe couvrir juſqu'au-deſſous du genou qu'une piéce d'étoffe frangée par le bas. Il tient le taureau de la main droite, & de la gauche une hache, qui a d'un côté le tranchant, & de l'autre une eſpece de maillet pour aſſommer la victime. Les victimaires ſe ſervoient ou de ces ſortes de haches, ou de maillets qu'on voit ſur les anciens monumens. Celui qui eſt derriere le victimaire porte un ſçeau d'eau pour l'aſperſion, ou pour l'ablution du Prêtre. Derriere l'Empereur on voit un Sénateur qui paroit être du premier

---

plum Jovis, ante cujus oſtium ſacrificatur, ſignificat haud dubie ſacrificium Jovi offerri. Ante templa mos erat ſacrificia offerri, & ante gradus queis ad oſtia templi aſcendebatur, victimæ mactabantur. Sacrificium autem offerri Marti ante Jovis templum non puto, hujus certe rei nullum hactenus vidi exemplum. Ad hæc vero Salius ille qui ſacrificio adeſt non ipſe ſacrificat : hoc munus Imperator ipſe exerceret, qui notas Salii Martis non præ ſe fert. At fortaſſe ſimul & Jovi & Marti ſacra facit, id vero nec ſtatuere nec prorſus negare auſim.

VI. Ante tripodem viſitur Camillus, puer acerram geſtans, ſive arculam thure plenam, breviſſima autem induitur tunica. Camilli patrimi & matrimi ex recepto more erant; videlicet parente utroque vivente officium exercebant, alterutro autem defuncto abdicare cogebantur. Quod autem obſervandum in hoc Camillo eſt, necnon in alio Tabulæ ſequentis, comam uterque prælongam geſtat, præter Romanorum morem, qui decurtatum omnino capillitium geſtabant. Videtur autem comam illam prælongam Camillis tantum in uſu fuiſſe, id quod ita eſſe comprobatur ex omnibus ferme Romanis ſacrificiis ſolemnibus, quæ hactenus videre licuit; in iis enim Camilli longam habent comam. Tibicen in hoc ſacrificio una tantum tibia ludit, cum ex ritu frequentiore tibicines tibia duplici ludere ſoleant, raroque admodum una tantum tibia ludant. Tibicen porro hic lauro coronatur : juvenis admodum eſt, necdum ad viri ſtaturam pervenit : id quod non hic tantum, ſed etiam in ſequenti ſacrificio in aliiſque plurimis obſervatur. Hos peculiares ritus apud ſcriptores veteres fruſtra quæras : antiquitatis porro ſtudioſi quilibet, hæc in monumentis obſervant, & exemplis frequentibus aſſerere nituntur: quod ipſum dicatur de coma Camillorum. Victimarius lauro coronatus ad zonam uſque nudus eſt, pannoque tantum fimbriato à lumbis inferne ad genua uſque operitur. Manu vero dextera taurum tenet, ſiniſtra ſecurim altera parte acuminatam, altera in malli modum concinnatam. Victimarii porro vel malleis vel ſecuribus utebantur, ut in veterum monimentis obſervatur. Is qui pone victimarium eſt ſitulam aqua plenam ad aſperſionem aut ad ſacerdotis ablutionem geſtat. Pone Imperatorem Senator conſpicitur, qui ex primariis

ordre : il tient dans la main un rouleau, & porte la toge, espece de surtout de grandeur démesurée & sans doute ouvert par le devant, comme nous avons déja dit : cela se remarque tant sur la toge de ce Sénateur, que sur celle de l'Empereur.

VII. Il est à remarquer que tous ceux qui assistent à la cérémonie portent le *Calceus*, ou le *Mulleus*, deux sortes de chaussures aujourd'hui très-difficiles à distinguer l'une de l'autre. Elles couvroient toutes deux les pieds, & différoient en cela de la calige, du campagus, de la solea, & des autres chaussures qui laissoient voir la chair par intervalles. Cette uniformité de chaussure dans tous ceux qui assistent à ce sacrifice, fait juger que c'est une cérémonie de religion, & qu'on alloit ainsi chaussé en certaines solemnités. Je remarque que cela est assez ordinaire dans les grands sacrifices, du moins pour le Prêtre & ceux qui sont autour de lui.

VIII. Un spectacle tout nouveau, & dont on n'a je crois point d'exemple dans les monumens antiques, c'est ce morceau d'architecture orné de pilastres, sur l'entablement duquel nous voyons trois hommes qui combattent, deux contre deux lions, & le troisiéme contre un taureau. On demandera si ces sortes de combats se sont jamais donnés dans un si petit espace, & où les combattans étoient toujours en danger de se précipiter du haut en bas. L'attention de porter des coups mortels à la bête, & de se garantir des attaques & des morsures des lions, des cornes & de l'impétuosité des taureaux, obligeoit les gladiateurs à des mouvemens subits & imprévûs : il falloit en même temps redoubler l'attention sur ses pieds ; le moindre faux pas ne pouvoit se faire impunément. Les bêtes qu'on lâchoit pour ces spectacles devoient aussi être bien éxercées à combattre dans un si petit lieu, bordé de précipices des deux côtés, sans tomber dans la chaleur du combat. Cependant c'est ce que ce monument nous représente : il semble qu'on ne l'a mis dans ce bas relief qui montre une fête, & un sacrifice des plus célébres, que parce que cela s'est fait ainsi, & que le cas est si singulier qu'on en a voulu conserver la mémoire à la postérité. Il se trouvera peut-être des gens qui auront bien de la peine à se persuader qu'on ait jamais combattu de cette maniere, & qui aimeront mieux croire que c'est par un pur caprice qu'on a représenté ce combat sur un édifice si élevé & si étroit.

---


esse videtur. Volumen manu tenet, togaque induitur, tamen ut videtur ingentis amplitudinis, & ab anteriore parte operto, ut & in hoc Senatore, & in Augusto videre est.

VII. Observandum porro est, quotquot sacris intersunt vel calceum vel mulleum pedes tegentem habere. Utrum vero sit calceamenti genus non ita facile est distinguere, nec quid inter mulleum & calceum intersit discriminis dicere. Calceus autem & mulleus totum superne pedem operiebant, atque ea in re differebant à caliga, campago, solea aliisque calceamentorum generibus, quæ pedis cutem supernam per intervalla monstrabant. Hæc una calceorum forma in omnibus qui huic sacrificio adsunt, religiosam quamdam cerimoniam indicat, & aliquem, ut putatur, ritum repræsentat. Hoc in majoribus sacrificiis vulgo observatur, ubi calceos hujusmodi gestant, saltem Sacerdos & quidam circumstantes.

VIII En spectaculum novum & cui simile nunquam visum est in monumentis veterum : ædificium nempe parastatis ornatum, in cujus tabulato tres viros cernimus pugnantes, duos nempe contra leones duos, tertium contra taurum. Forsan quæratur an hujusmodi agones in tam modico unquam spatio exhibiti fuerint, ubi qui decertabant, in periculo semper versabantur ne præcipites hinc vel inde ruerent. Intenti gladiatores, hinc quo pacto feram confoderent ; inde qua arte leonum morsus irruptionesque vitarent, aut tauri cornua impetumque reprimerent, celeriter atque improviso nunc in unam nunc in aliam se convertere partem cogebantur : accedebat summa cautio ne pedes vel tantillum extra spatium tam modicum excurrerent, id quod non impune fieri poterat. Feræ quoque ad hujusmodi spectacula emissæ, nonnisi repetitis exercitiis assuetæ, in tam exiguo loco pugnare diu poterant, instante periculo semper ne præcipites ruerent. Illud tamen hoc in monumento repræsentatur. Videturque illud exhiberi in anaglypho, ubi celebritas sacrificiumque magnum agitur, quia res sic vere gesta sit, & ob facti singularitatem, ad posterorum notitiam, sic per anaglyphum transmissa fuerit. Non deerunt tamen qui ita pugnatum unquam fuisse negabunt, potiusque credent, hæc ita in monumento expressa fuisse, ad sculptoris, seu ejus qui tale monumentum erigi curavit, arbitrium, sed non secundum rei veritatem.

CHAPITRE


XX Planche du Tome II
SACRIFICE
Marbre Romain
Tom II 20



CHAPITRE II.

I. Suovetaurilia de Trajan. II. Il sacrifie sans voile, & la tête nuë. III. L'aigle Romaine, ayant la foudre entre ses serres, & un anneau au bec.

I. LE sacrifice suivant est ce qu'on appelloit *Suovetaurilia*, cela veut dire qu'il avoit pour victimes le cochon, le bélier & le taureau, qui marchoient dans le même ordre que le nom porte. Le verrat va le premier, le bélier suit, & le taureau termine la bande: ces sacrifices se faisoient à Mars, pour la lustration ou l'expiation des Champs, des Villes & des Armées. De ces victimes le cochon qui va devant est bandé par le milieu du corps d'une branche de laurier; il est conduit par un jeune garçon couronné de laurier. Celui qui conduit le bélier est couronné de même; c'est encore un jeune garçon qui paroit plus petit que le précédent. Celui qui mene le taureau est plus grand & couronné de la même maniere. Pl. XXI.

II. Trajan sacrifie ici avec la toge, mais la tête nuë; ce qui prouve que la régle pour les sacrifices, établie par M. Fabretti, n'est pas certaine, & a bien des exceptions. Les Prêtres, dit-il, qui sacrifioient aux grands dieux, qu'on appelle *majorum gentium*, étoient toujours voilés, & ceux qui offroient des sacrifices aux dieux qu'on appelloit *minorum gentium*, ne l'étoient jamais. Ce sacrifice est pourtant fait à Mars, un des grands dieux, & cependant Trajan qui sacrifie n'est pas voilé. Cela fait voir combien il faut être réservé à avancer ces propositions générales. Trajan qui se trouve ici sans voile est pourtant voilé dans les deux Suovetaurilia des planches LXXX. & LXXXI. du second tome de l'Antiquité, & le Prêtre qui fait le même sacrifice à la planche LXXXII. du même tome, l'est aussi. L'Empereur verse sa patere sur un trépied qui jette des flammes, au lieu que dans ces trois sacrifices c'est un autel. Le Camille couronné de laurier a une grande & longue chevelure, qui lui flotte des deux côtés sur les épaules. Le joueur de deux flutes est aussi couronné de laurier:

CAPUT II.

I. Suovetaurilia Trajani. II. Sine velo & nudo capite Trajanus sacrificat. III. Aquila Romana fulmen unguibus tenens, & annulum rostro gestans.

I. SAcrificium sequens illud est, quod Suovetaurilia vocabant, cujus scilicet victimæ erant sus, ovis & taurus; quæ animalia eodem incedebant ordine, quo in ipso nomine exprimuntur. Verres prior incedit, ovis seu aries sequitur, hinc taurus agmen claudit. Hæc porro sacrificia Marti offerebantur ad lustrandos, sive expiandos agros, urbes, exercitus. Ex his igitur victimis, qui prior graditur sus, medio corpore lauri ramis ligatur; à puellulo autem ducitur, qui etiam lauro coronatus est. Eamdem quoque lauri coronam gestat is qui arietem ducit; estque item puellulus præcedenti minor: major autem is est qui Taurum adducit, ac perinde atque alii lauro coronatur.

II. Trajanus togatus hic sacrificat, non elata toga ut caput velet Sacerdotis, sed humero pro more gestata. Unde probatur ritum quem Raphaël Fabrettus assertum putabat pro sacrificiis, ut videlicet cum diis majorum gentium sacrificaretur, Sacerdotes caput velarent; cum autem diis minorum gentium, secus; hunc scilicet ritum non semper observatum fuisse. Nam hoc sacrificium Marti offertur qui certe majorum gentium deus erat, & tamen Trajanus non velatus sacrificat. Inde vero observes velim quam pedetentim in illis generatim proferendis rituum regulis sit procedendum. Trajanus qui hic non velatus comparet, velatus tamen est in duobus aliis Suovetauriliis, quæ in secundo Antiquitatis explanatæ tomo proferuntur Tab. LXXX. & LXXXI. Velatusque etiam est Sacerdos, qui eodem in Suovetauriliis officio fungitur Tab. LXXXII. Imperator pateram effundit in tripodem flammigerum, cum tamen in tribus illis aliis Suovetauriliis in ara sacrificetur. Camillus lauro coronatus longo ornatur capillitio, cincinnis ad humeros usque defluentibus. Tibicen qui duplici ludit tibia, etiam ipse lauro coronatur:

c'eſt un jeune garçon comme ci-devant. Les deux joueurs de trompette ſont deux ſoldats : on voit à découvert l'épée de l'un, dont la lame meſurée ſur la taille du ſoldat, peut avoir un pied & demi de long. Les quatre autres qui ont des aigrettes à leur caſque, ſont ou Porte-étendars, ou Officiers. Ces étendars ſont des bandes d'étoffe quarrées. Le Porte-enſeigne qui eſt derriere Trajan a la peau de lion ſur la tête, comme la portoient en ce temps-là ceux qu'on appelloit *Primipili* & les Porte-enſeignes. Cette enſeigne eſt ſurhauſſée d'une aigle; au-deſſous de l'aigle ſont quatre médailles miſes perpendiculairement, qui repréſentent autant de buſtes d'hommes ou de divinités, qu'on ne peut reconnoître ſur de ſi petites images.

III. L'aigle qui vient après eſt plus ſinguliere : elle tient une foudre entre ſes ſerres : ce n'eſt point le *fulmen triſulcum*, ou la foudre qui a trois pointes de chaque côté, dont deux ſont comme des fléches. Cette foudre n'a qu'une pointe de chaque côté. Il y a trois ſortes de foudre, dit Servius, ſur le ſecond Livre de l'Eneïde, celui qui ſouffle ou qui amene un grand vent, celui qui brûle & celui qui fend. Les foudres ſe voyent ailleurs entre les ſerres de l'aigle Romaine, mais ce qu'il y a de ſingulier ici, c'eſt que cette aigle tient de ſon bec un anneau : que peut ſignifier cet anneau ? Il y en a qui croyent qu'il peut avoir été mis là pour y pendre quelque ſignal, quelque piéce d'étoffe de couleur, quelque ruban, ou enfin quelqu'autre marque pour diſtinguer une légion d'une autre. Si cela n'eſt pas certain, il faut avouer au moins qu'il y a quelque vraiſemblance. Après cette aigle, un autre ſigne militaire ſe comprendra mieux d'un coup d'œil que par une deſcription : à l'extrémité de l'image on voit un de ces ſerfs barbares, qu'on reconnoît à des bas larges qui deſcendent ſur la cheville.

---

puellus autem eſt, ut in præcedenti ſacrificio. Tubicines duo ſunt milites : unius vero militis gladius aſpectui patet, cujus gladii lamina menſura ex ſtatura militis ducta, ſeſquipedem regium longitudinis videtur habere. Cæteri quatuor, quorum galeæ criſtatæ ſunt, aut vexilliferi, aut aliquo in militari officio conſtituti videntur. Vexilla autem ex panno quopiam quadrata ſunt. Vexillifer ille qui pone Trajanum eſt leonis pellem capite geſtat, id quod erat illo ævo primipilorum & ſigniferorum forteque aliorum inſigne. Vexillo imminet Aquila & ſecundum Aquilam rotundæ inſtar numiſmatum tabellæ ad perpendiculum poſitæ viſuntur : in ſingulis autem protomæ ſunt aut inſignium virorum au numinum, quæ vix internoſci poſſunt in tam exiguis imaginibus.

III. Quæ ſequitur Aquila longe ſingularior eſt. Ea fulmen unguibus tenet : non fulmen illud triſulcum tribus utrinque cuſpidibus formidandum, quarum cuſpidum ferrum inſtar ſagittæ perhibetur. At hoc fulmen unam utrinque cuſpidem habet. Tria fulminum genera dicit eſſe Servius in II. Æneidos : *eſt quod afflat, quod incendit, quod findit.* Alibi quoque fulmina in Aquilæ unguibus cernuntur. Quod vero ſingularius hic eſt, Aquila roſtro annulum tenet. Quid hoc annulo ſignificatur ? Sunt qui putent annulum hic Aquilæ roſtro teneri, ut ab eo ſuſpenderetur vel pannus coloris cujuſpiam, vel faſcia, vel aliud quidvis quo Legio alia ab alia diſtingueretur. Quod ſi certum omnino non ſit, eſt tamen meo judicio admodum veriſimile. Prope Aquilam illam ſignum militare aliud, uno aſpectu melius quam deſcriptione, percipiatur. In extrema imaginis parte cernitur barbarus quidam ſervus, qui à latis tibialibus ad malleolos uſque pertingentibus dignoſcitur.




SUOVETAURILIA
XXI Planche du Tom. II
Marbre Romain
Tom. II 21

CHAPITRE III.

I. Sacrifice ruſtique fort curieux. II. Trépied ſingulier ſur lequel on offre le ſacrifice. III. A quel dieu ſe fait ce ſacrifice. IV. Ce monument reſſemble fort à un autre donné par Antoine Salamanca. V. On marque les differences entre les deux.

I. LE ſacrifice ſuivant eſt tiré d'un beau bas relief de M. le Maréchal d'Etrées, trouvé à Lyon, à la montagne de Fourvieres. Ce bas relief de marbre blanc a un pied neuf pouces de long, & ſeize pouces de haut : deux arbres qui terminent l'image de chaque côté, marquent que c'eſt un ſacrifice fait dans les champs, ou un ſacrifice ruſtique. Ces bornes d'arbres ſe trouvent ſouvent dans les bas reliefs antiques ; ils montrent des actions faites à la campagne. On en voit dans les Orgies Bachiques, & dans les combats aux colomnes Trajane & Antonine. Le Prêtre eſt voilé : il ſemble que le voile qui lui couvre la tête tient au manteau ou à la toge : car ce pourroit bien être une toge ; au-deſſous de ce manteau eſt une tunique un peu relevée au-deſſus de la ceinture. De la main droite il tient une patere qu'il va verſer ſur la flamme de l'autel, il met ſa main gauche ſur le préféricule. Derriere lui eſt le Camille ; c'eſt un jeune garçon, qui à l'ordinaire des Camilles a une longue chevelure : revêtu d'une tunique avec une chlamyde par-deſſus, il tient l'*acerra*, petit coffret où l'on mettoit l'encens, & de l'autre main une eſpece de rouleau.

II. L'autel eſt fait en forme de trépied dont le haut a un creux fort profond, & qui reſſemble à une marmite. Il falloit qu'au-deſſus de ce vaſe creux & profond, il y eut quelque grille pour ſoûtenir le feu. Ce trépied eſt orné de pilaſtres, & au-dedans de cette premiere enceinte de pilaſtres, on voit un contour de petites colomnes qui ſoûtiennent une architrave ſur laquelle s'é-

---

CAPUT III.

I. Sacrificium ruſticum admodum ſpectabile. II. Tripus inſolitæ formæ in quo ſacrificium offertur. III. Cuinam Deo hîc ſacrificium offeratur. IV. Hoc monumentum ſimile eſt ei quod Antonius Salamanca publicavit. V. In quo alterum ab altero differant.

I. QUod in tabula ſequenti profertur ſacrificium ex elegantiſſimo anaglypho D. Mareſc. d'Etrées prodit, haud à multis annis Lugduni repertum in monte *Fourvieres* dicto. Hoc anaglyphum ex candido marmore eſt longitudine pedis unius novemque pollicum, altitudine vero ſexdecim pollicum. Arbores duæ quæ utrinque imaginem terminant, ſacrificium in agro factum ſeu ſacrificium ruſticum ſignificant. Hujuſmodi limites ſæpe occurrunt in anaglyphis veterum, & res in agro geſtas ſignificant. Hoc ritu arbores terminantes videas in Orgiis Bacchicis tomo Antiquitatis explanatæ 2. necnon in columnarum Trajanæ & Antoninæ iconibus tomo 4. Sacerdos velatus eſt, videturque pallium ſeu toga, nam toga fortaſſe eſt, cum velo eſſe annexum ; ſub pallio tunicam habet zona præcinctam, & ſupra, zonam tantillum reductam ne nimis effluat. Pateram Sacerdos tenet, qua mox libamen in flammam aræ emiſſurus eſt. Manum ſiniſtram præfericulo imponit. Pone Sacerdotem eſt Camillus, puer qui pro more Camillorum comam habet prælongam : tunica veſtitus, & ſuperindutus chlamyde acerram tenet, ſeu arculam in qua thus reponebatur ; altera vero manu tenet volumen.

II. Ara, Tripodis fere ritu concinnata eſt, cujus ſuprema pars concava & tam profunda cavitate, ut ollam pene referat. Supra vas illud ſic concavum crates haud dubie erat, quæ ignem ſuſtineret. Tripus, ita fas ſit appellare, paraſtatis exornatur, atque intra primum illud ſeptum paraſtatis ornatum, aliud ſeptum conſpicimus ex columnis ſtructum cum epiſtylio ; ſupra epyſtilium

leve une pierre qui semble soûtenir le grand vase dont nous parlions. Pour monter au trépied, il y a tout autour quatre marches disposées en quarré ; le trépied avec les marches doit avoir environ quatre pieds & demi de haut, en le mesurant sur la taille du Prêtre. De l'autre côté de l'autel est un victimaire qui mene un bouc pour le sacrifice : c'est un jeune garçon nud qui doit égorger la victime,

III. Ce pourroit être un sacrifice à Pan ou à Faune, dieux des campagnes & des bois, marqués par les deux arbres. Il y auroit contre ce sentiment une difficulté ; c'est que selon M. Fabretti, les sacrifices faits par un Prêtre voilé, n'étoient que pour les grands dieux appellés *dii majorum gentium* ; au lieu que ceux qui sacrifioient aux dieux subalternes appellés *dii minorum gentium*, n'avoient point de voile sur la tête ; mais cette regle n'est pas sûre. Nous venons de voir Trajan sacrifiant à Mars sans voile sur la tête ; & nous voyons aussi sur les médailles de Postume, cet Empereur sacrifiant avec le voile sur la tête à Hercule, qui est un des dieux qu'on appelloit *minorum gentium*. Il faut être extrêmement réservé à donner pour loi générale ce qu'on a observé quelquefois, de peur que quelque nouvel exemple contraire n'oblige dans la suite à corriger ces premieres idées.

IV. Je dois avertir que parmi les estampes d'Antoine Salamanca, que les curieux recherchent, il y en a une qui ressemble parfaitement à celle-ci, sans presque aucune différence ; elle est sans doute faite d'après quelque bas relief semblable. Elle ne peut pas certainement avoir été tirée d'après ce bas relief qui fut déterré il y a peu d'années à Fourvieres, dans l'enceinte de la ville de Lyon. Les anciens faisoient quelquefois des monumens si semblables à d'autres plus anciens, qu'à peine y remarque-t-on quelque diversité. D. Emmanuel Marti très-habile Antiquaire, m'a envoyé d'Espagne le dessein d'un bas relief où étoient représentées des Orgies, ou des fêtes Bachiques, si ressemblantes à celles de la planche LXXXIX. du second tome de l'Antiquité, que n'y ayant presque aucune différence, je me suis dispensé de le donner avec l'autre.

V. Je vais marquer successivement les petites différences qui se trou-

---

vero lapis erigitur, qui vas illud concavum magnum, de quo dicebamus, sustentare videtur. Ut ad tripodem conscendatur, quatuor circum gradus sunt in quadrum politi. Tripus cum gradibus, quatuor circiter pedes cum dimidio habet, si ad staturam Sacerdotis mensuram duxeris. Ad aliud aræ latus, est victimarius, qui hircum ad sacrificium adducit. Puer scilicet nudus est qui victimam [illegible].

III. Fit fortasse sacrificium Pani vel Fauno, vel Silvano, diis agrorum vel silvarum, id quod arboribus hinc & inde duabus subindicari videtur. At contra hanc opinionem quædam difficultas exsurgit. Nam, ut ait Fabrettus, sacrificia à Sacerdote velato facta deos respiciebant quos majorum gentium appellabant; contra vero qui diis minorum gentium immolabant, sine velo hoc munere fungebantur. Verum hujusmodi ritus non ita assertus est, ut contraria exempla nulla suppetant: modo vidimus Trajanum non velatum Marti sacrificantem; itemque conspicimus in nummis Postumi eumdem Imperatorem velatum Herculi sacra facientem, & tamen Hercules ex diis erat minorum gentium. Cavendum semper ne regulas hujusmodi generales facilius quam par fuerit constabiliamus, ne contrariis exemplis ab asserta, ut putabamus, sententia discedere cogamur.

IV. Lectorem monitum velim inter delineatas tabulas Antonii Salamancæ, quæ elegantiæ causa à peritis in rebus hujusmodi summa diligentia perquiruntur, unam haberi quæ huic similis prorsus sit, sine ullo pene discrimine. Illa quoque ex anaglypho quodam expressa haud dubie fuerit. Non potuit autem ex hoc anaglypho desumi, quod à paucis annis Lugduni in memorato supra loco detectum fuit. Veteres enim nonnunquam monumenta aliis prius concinnatis adeo similia edebant, ut vix tantillum inter illa discriminis observetur. D. Emmanuel Martinus Decanus Alonensis, circa veterum monumenta eruditissimus, ex Hispania mihi delineatam imaginem misit ex anaglypho expressam, ubi Orgia Bacchi adeo similia sunt iis quæ in Tabula LXXXIX. secundi Antiquitatis explanatæ tomi posuimus, ut cum parum omnino discriminis inter ambas imagines esset, hanc cum alia edendam esse non putarim.

V. Quæ porro inter has, de quibus agimus, imagines discrimina intersint hic recensendum vi-

SACRIFICE FAIT




Bas relief de

A LA CAMPAGNE



le Marechal d'Etrées



vent entre l'estampe de Salamanca & notre bas relief. Ici le Camille se voit presque de face, au lieu que dans le Salamanca il ne montre son visage que de profil, & il est tout-à-fait tourné vers le Prêtre. Le nôtre tient de la main droite un rouleau, & celui-là tient un livre fort long, ou quelque chose qui en a la forme. Celui du Salamanca a une chaussure qui laisse voir distinctement tous les orteils; le nôtre l'a toute unie, & aucune trace d'orteil n'y paroît. Dans notre estampe le Prêtre tient de la main droite une patere qu'il va verser sur la flamme de l'autel, ou du trépied; dans celle de Salamanca il n'a rien à la main droite, mais il montre du doigt cette flamme. Le préféricule du Salamanca est plus orné que le nôtre, & assez différent pour la forme. Il y a dans notre estampe quatre marches pour monter à l'autel, sans compter celle qui lui sert de base; il n'y en a que trois dans celle du Salamanca, où les pilastres du dehors sont d'ordre Corinthien, & ceux du dedans d'ordre Dorique, au lieu que les nôtres sont tout simples. Le haut du trépied & de l'autel est aussi plus orné dans le Salamanca, que dans notre estampe. La frise qui est au dessus des pilastres intérieurs du Salamanca représente des Dauphins bien formés; la nôtre montre des festons. Notre victimaire nud s'appuye contre l'arbre; celui du Salamanca en est à quelque distance. Voilà les principales différences qui s'observent entre les deux images: cela prouve qu'elles sont tirées d'après différens originaux, quand même nous n'aurions pas d'autre preuve pour démontrer cette différence.

---

detur. Hîc Camillus de facie pene conspicitur; in Salamancæ autem imagine Camillus oblique tantum conspicitur, & Sacerdotem respicit. Camillus noster dextera volumen tenet, at alius librum oblongum tenet, vel aliud quidpiam libro simile. Salamancæ Camillus calceos habet, ubi omnes articuli pedum sigillatim numerari possunt; noster calceos rotundos habet, ubi nullum articulorum vestigium. In imagine nostra Sacerdos dextra pateram tenet, quam effusurus est super flammam aræ seu tripodis; in Salamancæ imagine, nihil manu dextera tenet, sed flammam illam digito monstrat. Præfericulum Salamancæ ornatius est quam nostrum, & forma ab eo non parum differt. In imagine nostra quatuor gradibus ad aram ascenditur, non numerata illa quæ basis esse censetur; tres vero tantum gradus sunt in imagine Salamancæ, ubi parastratæ exteriores ordinis Corinthii sunt, & interiores ordinis Dorici; nostræ vero prorsus simplices. Summa item pa s tripodis sive aræ in imagine Salamancæ ornatior est, quam nostra. Zophorus supra p straras interiores in Salamancæ icone delphinus præfert; nostra vero imago serta exhibet. Victimarius noster nudus arbore nititur; Salamancæ ab arbore tantisper discessit. Hæc præcipua inter ambas imagines discrimina observantur, unde probatur ex diversis archetypis expressa fuisse, etsi non aliud istius diversitatis argumentum suppeteret.



CHAPITRE IV.

I. Mosaïque trouvée depuis peu auprès de Frescati, qui représente un sacrifice. II. Autel revêtu d'etoffe jaune. Autres particularités. III. Sur la pourpre violette, & la pourpre rouge. IV. La couleur des habits des assistans.

Pl. XXIII. I. CE monument des plus singuliers qu'on voye a été depuis peu découvert auprès de Rome du coté de Frescati, dans une vigne du Signor Cavalieri : c'est un pavé de quelque bâtiment voûté ; ce pavé de Mosaïque composé de petites pierres de différentes couleurs fait une peinture, mais gâtée en divers endroits où la mosaïque est enlevée. Il paroit que c'est un sacrifice, & un sacrifice solemnel où l'on voit un Prêtre, une Prêtresse, l'un & l'autre voilés, un jeune homme fort près de l'autel, des assistans d'un côté, dont deux portent de longs bâtons, de l'autre côté quelques-uns sont couronnés de laurier ; des victimaires, de l'un desquels on ne voit plus qu'une jambe, la mosaïque étant sautée de ce côté. L'autre victimaire ne paroit qu'à demi ; mais la tête est conservée toute entiere : il est couronné de feuilles de laurier, & paroit avoir une jambe entortillée d'un serpent. Au-dessus des victimaires on voit deux hommes qui paroissent être des joueurs d'instrument, de trompettes ou de hautbois, tels que nous en avons vû plusieurs fois : l'un des deux joueurs porte un casque.

II. L'Autel cassé par le haut est rond, posé sur une base quarrée. Ce qu'il y a de très-remarquable, & que je n'ai point encore observé ailleurs, c'est qu'il est entourré d'une étoffe tirant sur le jaune : le Prêtre est voilé ; sa figure est fort gâtée dans la mosaïque, la poitrine & les épaules ne paroissent plus : il tient un *extispicium*, ou un de ces instrumens destinés à fouiller dans les entrailles des animaux, pour en tirer des présages, dont nous avons parlé à la page 163. du second tome de l'Antiquité. Celui-ci est de forme particuliere,

---

CAPUT IV.

I. Musivum opus non ita pridem prope Tusculum repertum, ubi sacrificium repræsentatur. II. Ara panno flavo involuta. Alia quædam observatu digna. III. De purpura violacea, deque purpura rubra. IV. De colore vestium eorum qui sacrificio intersunt.

I. HOc monumentum, inter singularia computandum, haud ita pridem fuit detectum in vinea quadam prope Tusculum D. Cavalerii. Est autem pavimentum ædificii alicujus testudinati : ex lapillis autem variis compactum & diversorum colorum, picturam quamdam efficit, sed diversis in locis labefactatam, ubi & lapilli & musivum opus evulsa sunt. Est porro sacrificium, imo sacrificium solemne, ubi Sacerdos vir & Sacerdos femina, ambo velati, visuntur ; juvenis item quispiam proxime aram ; ex iis autem qui sacrificio intersunt, duo oblongos baculos seu hastas puras gestant. In altero latere plurimi lauro coronati sunt. Victimarii item comparent, quorum unius tibia una tantum superest, quia musivum opus hoc loco admodum labefactatum est. Alius victimarius item partim excidit, sed caput integrum totum servatum est. Hic item lauro coronatur, videturque tibiam habere serpente circumdatam. Supra victimarios duo visuntur viri qui putantur musici, tibicines nempe atque tubicines, queis similes complures vidimus : horum unus casside munitus est.

II. Ara superne rupta rotunda est, quadratæ basi insistens. Quod autem summopere observandum, quodque nusquam alias videram, ara subflavo panno circumdata est. Sacerdos cujus pectus & humeri pari casu exciderunt, quia musivum opus hic evulsum fuit ; Sacerdos, inquam, velatus est, extispicium tenet, sive instrumentum quo scrutabantur haruspices victimarum viscera, ut inde præsagia ducerent. De hujusmodi instrumento diximus p. 163. secundi Antiquitatis explanatæ tomi. Hoc porro exstispicium formæ singularis est, ramus ex-

une des branches ſe termine en haut par une palette ronde. La victime étoit apparemment derriere les victimaires dans cette grande partie de la moſaïque qui a été enlevée ; reſte à ſçavoir à quel dieu ſe fait ce ſacrifice. La jambe de l'un des victimaires entortillée d'un ſerpent, ſemble marquer que le ſacrifice ſe fait à Eſculape & à Hygiea ſa fille, auquel cas le Prêtre ſeroit pour Eſculape, & la Prêtreſſe pour Hygiea ; le plus sûr eſt de laiſſer la choſe indéciſe.

III. Les couleurs des habits ne ſont pas à négliger, & c'eſt dommage qu'on n'ait pas conſervé les couleurs de tant d'autres monumens de cette eſpece, & des peintures à freſque qu'on a trouvées, ſur-tout celles du tombeau des Naſons. L'habit & le voile du Prêtre & de la Prêtreſſe ſont violets, mais d'un violet aſſez différent : celui du Prêtre eſt plus clair & approche aſſez du bleu ; celui de la Prêtreſſe eſt plus foncé, & tire ſur le rouge ; c'eſt une eſpece de pourpre : car le violet ſe prenoit auſſi pour la pourpre. Dans ma jeuneſſe, dit Cornelius Nepos, qui mourut ſous Auguſte „ (Plin. 9. 39.) la pourpre violette „ étoit à la mode, on la vendoit cent deniers la livre (ce ſeroit aujourd'hui „ plus de cent vingt francs,) " quelque temps après la pourpre rouge Tarentine „ fut en vogue ; à celle-ci ſuccéda la pourpre rouge Tyrienne deux fois teinte, „ qu'on ne pouvoit pas avoir à mille deniers, " qui font plus de douze cent francs. Voilà donc la pourpre violette & la pourpre rouge alternativement en uſage ; l'une & l'autre étoit plus ou moins à la mode, ſelon que le caprice le vouloit. Il ſe trouve pourtant des paſſages d'Auteurs qui ſemblent marquer que la pourpre étoit rouge, du moins celle dont on faiſoit des toges & des prétextes ; habits qu'on voit ſouvent employés aux ſacrifices. Macrobe le marque clairement lorſque parlant de ceux qui prenoient la toge prétexte, il fait aſſez voir que la toge prétexte étoit rouge, afin, dit-il, que la rougeur de la pourpre leur apprit à ſe tenir dans la pudeur ſi ſéante aux gens de qualité. Virgile dit n. 3. que le Sacrificateur devoit ſe voiler la tête de pourpre,

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Sans marquer ſi c'étoit de la rouge ou de la violette ; mais ces uſages varioient comme les autres, où nous remarquons dans les monumens des changemens fort fréquens. Le Prêtre & la Prêtreſſe portent donc ici des robes de pourpre violette : il y a apparence que dans ces actes de religion on ſe ſervoit auſſi de

---

ſtiſpicii alter in laminam rotundam ſuperne terminatur. Victima haud dubie pone victimarios erat in illa magna muſivi parte quæ evulſa penitus & eraſa fuit. Reſtat explorandum cui numini ſacrificium hoc offeratur. Victimarius ille cujus tibia ſerpente circumdatur, Æſculapio & Hygieæ oblatum ſacrificium indicare videtur ; ſicque Sacerdos vir pro Æſculapio, Sacerdos mulier pro Hygiea eſſet ; ſed hac in re nihil decernendum exiſtimo.

III. Veſtium colores negligendi non ſunt : & ſane dolendum, eos qui in monumenta hujuſmodi & picturas inciderunt de coloribus explorandis non curaviſſe : de iis maxime quæ in ſepulcro Naſonum repertæ ſunt, veſtes & vela Sacerdotis & Sacerdotiſſæ violacea ſunt. Sacerdotis porro veſtis clarior eſt & cæruleo colori vicinior ; Sacerdotiſſæ obſcurior & ad rubrum accedens colorem. Color autem ille violaceus ad rubrum accedens pro purpura fuit habitus. *Nepos Cornelius*, inquit Plinius 9. 39. *qui divi Auguſti principatu obiit, me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat : nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille emi non poterat.* Sunt tamen auctorum loca queis probari videtur purpuram rubram fuiſſe, ſaltem eam qua togæ & prætextæ fiebant, quæ veſtes ſæpe in ſacrificantibus obſervantur. Macrobius id clare ſignificat, cum de iis loquens qui prætextam accipiebant, ait, *ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur.* Virgilius quoque ait ſacrificantem velandum eſſe colore purpureo.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Sed neque rubram, neque violaceam purpuram hic exprimit. Hæc admodum variabant, varietatumque notas in monumentis frequenter deprehendimus. Sacerdos itaque & Sacerdotiſſa veſtes purpureas violaceas geſtant. Veriſimile autem omnino eſt rubram quoque purpuram in ſacris uſur-

la rouge ; mais nous ne ſommes pas aſſez inſtruits des coûtumes de ces temps-là, pour dire quand, ni comment, ni en quelles occaſions. La différence de couleur entre la pourpre du Prêtre, & celle de la Prêtreſſe, avoit auſſi ſans doute rapport à quelque uſage que nous ne connoiſſons pas aſſez.

Un vieillard dont la figure eſt gâtée en pluſieurs endroits, ſemble demander quelque choſe au Prêtre dans le temps qu'il va ſacrifier. Peut-être lui recommande-t-il ce jeune homme qui eſt entre le Prêtre & l'autel. On le prendroit pour un Camille ou un miniſtre, s'il portoit l'*acerra*, ou la boëte à l'encens; mais il n'a rien de tout cela, & ſes cheveux ſont courts à la Romaine, contre l'ordinaire des Camilles, qui les ont longs dans les monumens Romains.

IV. La tunique du jeune homme eſt rouge, & relevée par une ceinture; ſa chlamyde eſt verte. Quoique la moſaïque ſoit gâtée, il ſemble que le vieillard qui eſt à l'extrémité du tableau du côté de l'autel, recommande au Prêtre ce jeune homme, peut être ſon fils, attaqué apparemment de quelque maladie, pour laquelle on ſacrifie à Eſculape. Entre le Prêtre & la Prêtreſſe ſe voit une femme vêtuë de rouge, qui ſemble être là pour aſſiſter la Prêtreſſe. Il eſt tout nouveau de voir dans les monumens un Prêtre & une Prêtreſſe ſacrifier enſemble. Quelqu'un aimera mieux croire que cette femme voilée eſt la mere du jeune garçon recommandé à Eſculape : & cela pourroit bien être ; on ne peut parler ſur tout ceci que par conjecture. Le ſacrifice ſe fait devant la porte d'un temple, comme on les faiſoit fort ordinairement en ces temps-là. Des deux hommes couronnés de laurier, l'un a une tunique rouge, & une toge verte ; l'autre a la toge rouge; un autre revêtu de jaune fait ſigne du doigt du côté des victimaires & de la victime : car il y a apparence qu'il y en avoit quelqu'une dans cette grande partie de la moſaïque qui a ſauté. Des deux joueurs d'inſtrument, l'un eſt habillé en ſoldat, & porte un caſque bleu, ou de couleur de fer, un thorax verd, & ce qui pend du thorax rouge : l'autre a une chlamyde rouge. Sous le bras du ſoldat on voit comme un quarré de toile blanche, je ne ſçai à quel uſage : il a l'air de ces quarrés d'étoffe qu'on mettoit pour les *vexilla* ; cela pourroit peut-être faire croire que ce que nous avons pris pour inſtrumens, trompettes, ou hautbois, ſont de ces hampes ou longs

---

patam fuiſſe. Sed ritus illos veteres non ſatis callemus, ut dicere valeamus, quando, quomodo, quibuſve occaſionibus. Coloris diſcrimen inter veſtes Sacerdotis & Sacerdotiſſæ, ad peculiarem quemdam, ut credere eſt, uſum referebatur.

Senex ille cujus imago quibuſdam in locis evulſa & labefactata eſt, aliquid poſtulare videtur à Sacerdote mox ſacrificaturo. Fortaſſe juvenem illum commendat inter Sacerdotem & aram poſitum : quem juvenem Camillum eſſe crederes, ſi acerram vel pyxidem teneret, thure plenam pro more. At nihil hujuſmodi geſtat, & Romanorum more detonſo capillitio eſt, contra quam ſolebant Camilli, qui uni in Romanis monumentis longa cæſarie gaudebant.

IV. Camilli tunica rubra eſt, zonaque ſtringitur, chlamys eſt viridis. Etſi muſivum opus labefactatum ſit, videtur ſenex ille qui extremam tabulam occupat & prope aram verſatur, juvenem illum, filium fortaſſe ſuum, aliquo, ut credere eſt, morbo detentum Sacerdoti, qui mox Æſculapio ſacra facturus eſt, commendare. Inter Sacerdotem porro & Sacerdotiſſam, mulier eſt rubra veſte, quæ forte Sacerdotiſſæ adminiſtrat. Res plane nova, & nuſquam, ut puto, in monumentis obſervata, Sacerdotes ſimul marem & feminam ſacra facere. Non deerunt qui malint credere matronam illam velatam matrem eſſe pueri iſtius, qui Æſculapio commendatur : id quod certe à vero ſimili non abhorret. De iis porro, nonniſi conjecturas afferre poſſumus. Sacrificium ante fores & frontiſpicium templi cujuſpiam peragitur, ut ſæpe ſæpius illis temporibus offerebantur. Alter ex viris qui lauro coronatur, tunica rubra, toga viride induitur, alter rubra toga. Alius flavo amictus colore, digito monſtrare videtur victimarios, & fortaſſe victimam. Veriſimile quippe eſt, aliquam victimam fuiſſe in illa muſivi operis parte, quæ excidit. Ex duobus tibicinibus alter militis more veſtitur, & caſſidem geſtat ferrei coloris, thoracemque viridem. Alter chlamyde rubra amicitur. Sub militis brachio videtur quaſi tela alba quadrata, cui uſui neſcio; ſat ſimilis eſt pannis illis quadratis, queis pro vexillis utebantur; indeque forte ſuſpicio oriatur, illa quæ inſtrumenta eſſe muſica putavimus, haſtas eſſe puras, in quarum extremo ponebantur ſigna milita-

bâtons

SACRIFICES A ESCU



Trouvé auprès

99

APE ET À HYGIEA.



Frescati

bâtons, au bout desquels on mettoit les signes militaires; mais ceux-ci sont plus petits par le bas, & vont toujours en grossissant; ce qui convient mieux à des trompettes: on s'en rapporte au jugement des lecteurs. Les autres spectateurs du sacrifice sont vétus de différentes couleurs, jaune, rouge, verte. La forme des habits de ceux qui sont du côté de l'autel n'est pas ordinaire. Ce sont quatre jeunes hommes qui ont les cheveux courts à la Romaine, vétus partie de rouge, partie de verd. Deux d'entr'eux portent chacun un long bâton qui paroît être ce qu'on appelloit *hasta pura*, une haste, ou une pique sans fer.

---

ria. Verum as quas hastas suspicamur esse, inferne tenuiores sunt sensimque densiores evadunt, id quod tubis longe melius competit. Judicium penes lectorem esto. Alii sacrificii spectatores, diversis induti coloribus sunt, flavo, rubro, viridi. Eorum vestes qui stant versus aram, non ordinariæ sunt formæ. Quatuor sunt adolescentes detonsis Romanorum more capillis, quorum vestes partim rubræ, partim virides sunt. Ex illis autem duo oblongos gestant scipiones, idipsum videlicet, quod vocabant hastam puram, nullo ferro acuminatam.

CHAPITRE V.

I. Victimaire extraordinaire. II. Doute sur son antiquité. III. Sacrifices à Diane. IV. Sacrifice à Pan. V. Espece d'Autel non ordinaire.

I. CE victimaire qui tient un maillet est tiré du cabinet de M. Petau, [1] il porte une espece de juste-au-corps fendu par le devant, & lié d'une corde, ce qui pourroit faire douter si la figure est antique, & faite dans le temps de la gentilité, où ces habits à manches ainsi fendues ne paroissent pas avoir été en usage. Une autre raison qui fera peut-être douter s'il est antique, c'est que ce juste-au corps qui descend jusqu'au-dessus du genou, est marqué de petites croix fort bien faites, ce qui paroit ne pas convenir au temps du paganisme; mais cela ne m'arrêteroit pas. La croix est la marque qui vient le plus à la main: c'est une ligne qui croise une autre ligne, c'est ce qui s'offre le plus promptement à l'imagination. Nous voyons d'ailleurs assez souvent des croix bien formées dans des monumens Egyptiens, incontestablement antiques. Nous remarquons aussi dans plusieurs monumens de la ville de Bresse en Italie, des habits marqués de petites figures, dont quelques-unes approchent assez de la forme d'une croix. Nous en allons voir sur l'habit d'une femme à la pl. XXVI. presqu'aussi bien formées que celles-ci.

PL. XXIV. 1

CAPUT V.

I. Victimarius non solitæ formæ. II. De ejus Antiquitate dubitatur. III. Sacrificia Dianæ. IV. Cervi & cervæ Dianæ mactati.

I. VIctimarius [1] ille malleum tenens, ex museo D. Petavii eductus est. Hodiernæ similem exteriorem vestem gestat, anterius ab imo ad summum apertam, funeque præcingitur. Quæ vestimenti forma, dubii quidpiam injicere possit an vestis antiqua sit, & profanæ illius numinum complurium religionis ævo facta, quo tempore similia vix ulla vestimenta comparent in monumentis. Aliud novam forte pariat difficultatem, novamque suspicionem ingerat. Nimirum vestis isthæc quæ usque ad genua defluit, crucibus distincta parvi est, quæ cruces apte figurantur, id quod ad gentilitatem pertinere minime videtur. At ratio istæc me non moraretur. Crux enim nota & signum est, quod facillime ad manum veniat; linea est lineam decussatim secans, nulla facilius in mentem incurrit nota. Alioquin autem sæpe cruces optime delineatas videmus in monumentis Ægyptiacis antiquissimis. In monumentis quoque Brixianis, vestes hujuscemodi signis notatas conspicimus, quorum quædam ad crucis figuram accedunt. Infra vero in tabula num. XXVI. in veste mulieris

II. C'eſt la forme du juſte-au-corps qui nous embarraſſe ici, & qui nous feroit peut-être rejetter la figure comme moderne; ſi nous ne découvrions tous les jours des uſages de l'ancien temps, que les monumens nouvellement déterrés nous apprennent, & dont nous n'avions ci-devant aucune connoiſſance, parmi leſquels uſages il s'en trouve qui ont du rapport à ceux d'aujourd'hui. Il faut toujours donner ces monumens douteux; mais en marquant le doute. Peut-être que le temps nous en fournira d'autres qui prouveront l'antiquité de celui-ci. Ce victimaire tient le maillet levé de la main gauche, peut-être eſt-ce la faute du premier graveur qui l'a gravé comme il étoit, ne prenant pas garde que la droite deviendroit la gauche dans l'eſtampe, ce qui eſt arrivé ſouvent; mais ne ſçachant ſi la petite ſtatuë a été bien gravée ou non, nous n'avons oſé rien changer: de l'autre main qui eſt caſſée & ſéparée, cet homme tient une petite coupe, apparemment pour le ſacrifice.

III. Les deux pierres ſuivantes montrent un ſacrifice qu'on va faire à Diane,
2 la premiere [2] repréſente une jeune fille, apparemment Prêtreſſe de Diane,
qui tient d'une main une branche de laurier, & tend l'autre main du côté du cerf qui doit être immolé: entre la Prêtreſſe & le cerf eſt un autel rond qui jette des flammes. Le cerf étoit proprement la victime de Diane, parce qu'elle ſe plaiſoit à la chaſſe, & ſurtout à celle du cerf, comme nous voyons dans tant
3 de monumens: elle atteloit auſſi des cerfs à ſon char. Dans [3] la figure ſuivante
la Prêtreſſe de Diane tient le cerf par une branche de ſon bois, pour le mener ſans doute au ſacrifice. Le ſacrifice de la biche fait à Diane avant le ſiege de Troye, prouve combien la coûtume de ſacrifier des cerfs à Diane étoit ancienne. Ce fut Diane elle-même qui ſubſtitua une biche pour remplacer Iphigenie qui alloit être immolée pour les Grecs. Depuis ce temps-là on ſacrifia des biches à Diane; & l'on continuoit encore d'en immoler du temps d'Ovide à la même Déeſſe. On ſacrifia, dit-il, autrefois une biche à Diane, pour ſauver une vierge, & l'on continuë encore aujourd'hui ce même ſacrifice; mais ce n'eſt plus pour des vierges qu'on lui immole cette victime. Les vers d'Ovide ſont rapportés fort différemment dans les éditions de ce Poëte;

---

cujuſdam depictas cruces videbimus, his non multum diſſimiles.

II. Ipſa autem veſtis forma majus faceſſit negotium, & fortaſſis hac de cauſa figuram quaſi poſteriori factam ævo repudiaſſemus, niſi quotidie novæ circa veterum uſus, modos, veſtes, accederent notitiæ, de quibus rebus ne cogitaveramus quidem, quaſque monumenta recens eruta docent aperiuntque. Interque uſus hujuſmodi quidam perſæpe ſunt, qui ad hodiernum morem accedunt. Hæc ſane dubia monumenta ſemper in medium proferenda ſunt, dummodo dubitandi cauſa ſimul afferatur, fortaſſis inſequenti tempore alia monumenta prodibunt, quæ hujus Antiquitatem aſſerant & confirment. Hic victimarius malleum tenet erectum, & quidem læva manu. Idque fortaſſis ex ſculptoris errato, qui prout ſeſe conſpectui offerebat, victimarium illum in ære incidit, non advertens fore ut in charta imaginem referente, quæ dextera manus erat in archetypo, ſiniſtra evaderet, id quod etiam ſæpe accidit. At cum ignorarem recte ne an ſecus hoc ſignum inciſum fuiſſet, nihil mutare auſus ſum. Altera manu, quæ rupta ſeparataque eſt, tenet victimarius pateram parvam, haud dubie in ſacrificio ad libationem adhibendam.

III. Duæ gemmæ ſequentes ſacrificium Dianæ offerendum monſtrant. In prima [2] viſitur puella, Dianæ, ut credere eſt, Sacerdos, quæ manu altera lauri tenet ramum, alteram vero manum extendit ad cervum mox immolandum. Inter Sacerdotiſſam & cervum erigitur ara rotunda flammas emittens. Cervus proprie Dianæ victima erat, quoniam illa venatui delectabatur, cervoſque maxime venando inſequi ſolebat, ut in veterum monumentis ſæpe conſpicimus. Cervos etiam currui ſuo non raro jungebat. In ſequente ſchemate [3] Dianæ Sacerdotiſſa cervum cornibus tenet, ut ad ſacrificium haud dubie ducat. Sacrificium cervæ ante Trojæ obſidionem oblatum, probat quàm antiquus ſit ille ritus mactandi cervos Dianæ. Hæc ipſa dea Iphigeniæ mox ad Græcorum ſalutem mactandæ cervam ſubſtituit. Ab hinc vero, cervæ Dianæ mactabantur. Ovidiique tempore is ipſe ritus ſervabatur, ut ait ille Faſt. 1.

Quod ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,
Nunc quoque pro nulla virgine cerva datur.

Sed hoc diſtichon quod ita refert Voſſius in Theol.


SACRIFICES, VICTIMAIRE
XXIV. Pl. du Tom. II.
1
1
Du Cabinet de Mr. Petau
2
3
Mr. l'Abbé Fauvel
Tom. II. 24



mais ils reviennent toujours à ce ſens. Quoi qu'il ne ſoit parlé là que des biches, on lui immoloit auſſi des cerfs, comme on ſacrifioit des victimes mâles à preſque toutes les déeſſes.

Gentil. 9. 25. diverſe legitur in editis. Edit. Amſtelædam. anni 1649. ſic habet.

Quæ ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,
Nunc quoque, pro nulla virgine, cerva cadit.

Lilius vero Gyraldus ita legit lib. de ſacrificiis Lugd. Batav. anni 1696.

Quæ ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,
Nunc quoque pro nulla virginitate cadit.

Sed quovis modo legas, ſenſus fere idem erit. Diana vero triplex dicitur, quoniam Diana Hecate tria capita, treſque vultus habet: hinc illud Virg. Æneid. 4.

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Etsi [illegible] cervæ [illegible] commemorentur, nihil [illegible] cervi etiam mactarentur; nam omnibus fere deabus mares victimæ ſæpe immolabantur.

CHAPITRE VI.

I. Sacrifice à Pan. II. Temple tout ouvert de trois côtés. III. Autel ſingulier. IV. Les entrailles de la victime obſervées.

I. LE ſacrifice ſuivant au dieu Pan, paroit célébre & ſolemnel. On le fait devant l'entrée d'un temple, comme on en faiſoit beaucoup en ces temps-là. Les temples étoient ordinairement fort petits; ſi on les avoit faits dans l'enceinte de lieux ſi étroits, & où il n'y avoit preſque jamais de fenêtres, la fumée du bois, des victimes, des fruits, des liqueurs qu'on jettoit dans les flammes, auroit preſque étouffé, ou du moins beaucoup incommodé les aſſiſtans. PL. XXV.

II. Le temple paroît fort petit & ouvert de trois côtés, un mur au fond, & deux colomnes d'ordre Dorique qui font tout le frontiſpice, ſoutiennent une voute legere de pierres plattes: ſur le devant de la voute il n'y a que trois globes qui font tout l'ornement. Les payens avoient des temples ouverts ainſi de tous les côtés. Tel étoit celui de Venus Cnidienne, dont nous avons fait la deſcription après Pline: ſans entrer dans le temple on voyoit la déeſſe de tous les côtés. Tel étoit auſſi celui de Vienne en Dauphiné, qui ſubſiſte encore aujourd'hui: il étoit ſoûtenu ſur des colomnes, dont un eſpace vuide faiſoit l'entrecolomne. Le temple a été converti en Egliſe; & pour la fermer entierement on a fait de tous les côtés un mur entre les colomnes: on s'apperçoit d'a-

CAPUT VI.

I. Sacrificium Pani. II. Templum à tribus lateribus pervium. III. Ara ſingularis. IV. Exta victimæ.

I. SAcrificium ſequens Pani deo oblatum, ſolemne videtur. Ante oſtium porro templi peragitur; plurima autem illis temporibus ante templa ædeſque ſacras fieri ſolebant. Cum enim templa admodum anguſta eſſent, ſi intra ædes ipſas ſacras perquam minimum ſpatii occupantes, ubi nullæ ut plurimum feneſtræ erant, facta fuiſſent, nidor, fumuſque ligni, victimarum, fructuum, liquorum quæ in ignem & flammas conjiciebantur, eos qui ſacrificiis aderant aut ſuffocaſſet, aut vehementer læſiſſet.

II. Templum admodum exiguum videtur, ex tribuſque lateribus apertum eſt: adverſum frontiſpicio latus murus eſt: frontiſpicium vero totum efficiunt columnæ duæ ordinis Dorici, columnæ autem & murus teſtudinem fulciunt ex latis tenuibuſque lapidibus ſtructam: frontiſpicium ornant tres tantum globi lapidei. Hujuſmodi templa undique aperta excitabant veteres: ſic erat templum quoque Veneris Cnidiæ, cujus deſcriptionem à Plinio mutuati ſumus, ſuoque loco edidimus. Extra templum poſitis dea undique conſpicienda patebat: hujuſmodi quoque erat templum Viennæ in Galliis, quod hodieque viſitur. Erat columnis fultum, intercolumnia vero ſpatia erant vacua. Templum iſtud in Eccleſiam verſum eſt: utque Eccleſia undique clauſa eſſet, undique muri inter columnas ſtructi fuere: qui muri ſtatim & primo

bord que le mur a été fait dans les bas temps. Ce qu'il y a ici de particulier est que la tête du dieu Pan est représentée à côté, & tout-à-fait hors du temple, & que ni dans l'enceinte, ni à l'entrée du temple, on ne voit aucune statuë, ni buste de Pan, ni d'aucune autre divinité. L'autel est rond, & couronné de festons : le victimaire porte sur ses épaules le bélier qui va être immolé, il est revêtu d'une tunique, & tient d'une main un vase plein, apparemment de quelque liqueur, ou de fruits pour le sacrifice. Le dessus de l'autel ne présente qu'une table rase, où il n'y a ni bois ni feu : il semble pourtant que le victimaire va jetter dessus l'autel ce bélier pour y être immolé. Nous avons vû ci-devant un bélier tiré d'un marbre Romain, qui a été immolé & mis sur un autel où il ne paroit ni bois ni flamme: ce n'étoit pas pourtant l'usage ordinaire d'immoler sur l'autel même, il faut que ce soit ici quelque coûtume particuliere : mais donner raison de tout dans ces cérémonies dont il nous reste si peu de monumens, c'est ce qu'on ne peut sans hazarder.

III. A l'autre côté de l'image est comme un grand pieu fiché, qui s'élargit en haut de telle maniere que sa surface égale presque celle d'un autel ordinaire : on ne sçait s'il est de fer, ou de cuivre, ou de pierre. Autre singularité que nous n'avons point encore vûë ailleurs ; c'est sur cette surface qu'on voit le feu & la flamme telle qu'on la remarque sur les autels ordinaires, & c'est apparemment sur cette espece de second autel qu'on doit brûler les entrailles de la bête, les fruits & les liqueurs. Le sacrifice se fait au dieu Pan : ce que marque sans doute la tête de ce dieu posée sur une colomne à côté du temple ; cette tête a quelque chose d'affreux, des cornes naissantes, des oreilles de chévre, un air féroce, des moustaches qui débordent bien au delà de toute la largeur du visage, une longue barbe. Un grand arbre auprès de la colomne & de la tête de Pan, nous désigne le dieu des Forêts & des Campagnes.

IV. Outre le victimaire qui porte le bélier sur les épaules, il y a cinq personnes qui assistent au sacrifice, quatre hommes & une femme : des quatre hommes trois sont couronnés de feuilles d'arbre, on ne sçauroit distinguer de quelle espece : il y a apparence que celui qui va faire la fonction de Prêtre, est un jeune homme qui se tient auprès de l'autel, il tient à la main un instrument qu'il considere attentivement ; c'est une espece de palette ronde, atta-

---

conspectu infimis sæculis facti deprehenduntur. Quodque hic singulare occurrit, caput Panos ad latus templi, & extra limites ejus positum fuit. Neque in templi ingressu vel intra templum aliqua videtur statua vel protome Panos vel alterius numinis. Ara rotunda est sertisque coronata. Victimarius arietem mox mactandum humeris gestat. Tunica autem indutus altera manu vas quodpiam tenet, plenum, ut videtur, vel liquore quopiam, vel fructibus ad sacrificium adhibendis. Ara superne vacua omnino est, non lignum ibi, non flamma conspicitur : videtur tamen victimarius in aram illam arietem conjicere velle, ut ibi mactetur. Supra vidimus mactatum arietem aræ impositum, in qua ara nec ligna, nec flamma comparebant. Non erat tamen hic consuetus usus, ut victimæ supra aram ipsam mactarentur : erit hæc fortasse consuetudo quædam specialis. Verum in hisce ritibus quorum non tam multa suppêtunt monumenta, omnium causam & rationem afferre sine errandi periculo non possumus.


III. In altera imaginis parte est quidam seu paxillus in terram defixus, qui sensim crescendo superne sic latus evadit, ut ejus superficies, aræ superficiem pene exæquet : sit ne porro ferreus, an æneus, an lapideus, illud certe ignoramus. Res sane singularis est, quam alibi nusquam observavimus. In hac porro superficie ignis & flamma conspicitur, qualis in aliis aris observatur ; & in hac secunda ara, si tamen sic appellare fas sit, comburenda sunt victimæ viscera, comburendi fructus & liquores. Sacrificium deo Pani offertur : id quod haud dubie indicat Panos caput columnæ à latere templi impositum, quod Panos caput aliquid tetrum & efferatum præ se fert : ex summa fronte cornua erumpunt, aures caprinæ sunt, labrorum pili extra vultus latitudinem extenduntur, barba admodum densa longaque est. Arbor magna prope columnam, deum silvarum & agrorum haud dubie designat.

IV. Præter victimarium illum, qui arietem humeris gestat, quatuor viri mulierque una sacrificio intersunt ; ex viris porro tres coronam ex ramis concinnatam gestant : cujus autem arboris sint rami vix internosci possit. Qui sacrificuli officio functurus est, uti quidem videtur, juvenis speciem præ se fert : stat propter aram, manuque tenet instrumentum, quod intentis oculis dispicit : est pala parva

SACRIFICE AV DIEV PAN



du Cabinet de Mrs. Masson



chée à un long manche crochu par l'autre bout. Je croirois volontiers que c'est un de ces instrumens dont on se servoit pour fouiller dans les entrailles des victimes, & pronostiquer sur le mouvement des intestins de la bête qui venoit d'expirer. Cette superstition étoit venuë des Hetrusques, comme beaucoup d'autres que les Romains avoient adoptées. Le scholiaste de Martien Capella dit qu'il y avoit sept choses que les Haruspices observoient, la langue, le cœur, le foïe, la rate, le poumon & les deux reins. Quand ces parties étoient saines, vermeilles, & en bon point, c'étoit une bonne marque : quand au contraire elles étoient pâles & livides, on n'en pronostiquoit rien de bon. La plus mauvaise de toutes les marques étoit quand quelqu'une de ces parties, le foïe, le cœur, le poumon ou les reins manquoient, & ne se trouvoit point dans les entrailles : alors c'étoit à recommencer, le sacrifice n'étoit point parfait, il falloit tuer une autre bête : cela se faisoit par la friponnerie des victimaires, qui arrachoient habillement quelqu'une de ces parties des intestins, & la cachoient : on amenoit une nouvelle victime, & la bête morte tournoit à leur profit : la bête qui étoit tuée la premiere s'appelloit *præcidanea hostia*, & celle qu'on amenoit pour la remplacer *succidanea.*

---

rotunda cum capulo oblongo, cujus extremum pene aduncum est. Libenter credam esse extispicium quo utebantur ad intestina exploranda : ex motu namque intestinorum victimæ, quæ paulo ante exspiraverat, si quid boni vel mali eventurum esset prænoscebant. Hæc superstitio ex Hetruscis ad Romanos manaverat, quemadmodum & aliæ multæ, quas perinde Romani adoptaverant. Martiani Capellæ Scholiastes ait Haruspices hæc septem observare solitos esse, linguam, cor, hepar, splenem, pulmonem & renes duos ; cum partes istæ sanæ, vividæ, vegetæque erant, bonum hoc indicium habebatur : cum contra pallidæ lividæque erant, malum erat omen ; tetrum vero cum aliquod eorum prorsus aberat. Quando videlicet vel hepar, vel cor, aut splen, aut pulmo, sive renes desiderabantur, tunc sacrificium iterandum, nova hostia mactanda erat. Hæc porro fraude victimariorum accidebant, qui aliquam ex hisce partibus avellebant & occultabant. Tunc denuo incipiendum erat, quia nondum erat litatum, & quæ cæsa erat hostia, victimario cedebat : quæ prima fuerat mactata *præcidanea hostia* appellabatur, quæ vero in ejus locum substituebatur, *succidanea.*



CHAPITRE VII.

I. Sacrifice tiré d'un monument de Bresse. II. Autre fait peut-être à Mars. III. Autre sacrifice singulier.

PL. XXVI. 1 I. ON voit sur un marbre de Bresse en Italie un autre sacrifice d'un bélier. [1] La flamme est sur l'autel, le Prêtre verse sa patere sur le feu : la libation se faisoit donc avant qu'on immolât la victime : je ne voudrois pourtant pas établir cela pour régle sûre. Deux victimaires derriere le Prêtre, conduisent le bélier : ils tiennent chacun une branche de laurier, & sont couronnés de la même plante. Ce qu'il y a de fort particulier est que sur leur tunique ils portent une espece de manteau, ou chlamyde, au lieu que dans presque tous les sacrifices que nous avons donnés, les victimaires sont ou nuds de la ceinture en haut, ou portent seulement une tunique. Le Prêtre au contraire n'a que sa tunique, relevée par une ceinture, ses cheveux sont liés d'une espece de bandelette en forme de diadême. Devant l'autel de l'autre côté est un jeune homme couronné de laurier, revêtu de sa tunique & d'une chlamyde qui la couvre. Il tient de la main droite un instrument fort particulier, qui fait un triangle équilatere, dans la base duquel sont passés plusieurs anneaux. Voilà bien des singularités dans un seul sacrifice ; mais combien y doit-il avoir eu dans ce vaste Pays de la gentilité de pratiques particulieres, dont les Auteurs n'ont jamais fait mention, & dont il est impossible de rendre raison. Cet instrument triangulaire marque peut-être quelque métier, & ce sacrifice se sera fait pour tout le corps du métier. Rien de plus fréquent dans les monumens antiques, que les sacrifices & les vœux faits par des corps de métier. Le corps des Boulangers *Corpus Pistorum* de Rome fit ériger une statuë à Vesta, dont nous avons donné l'image à la pl. XXVII. du premier tome de l'Antiquité.

II. Le sacrifice [2] qui vient ensuite a été aussi donné dans les *Memorie Bresciane*, tiré d'un bronze antique ; l'autel rond est entouré de festons à l'ordi-

---

CAPUT VII.

I. Sacrificium in monumento Brixiano. II. Aliud Marti forte oblatum. III. Aliud sacrificium singulare.

I. IN marmore [1] Brixiano anaglyphum habetur sacrificium repræsentans, cujus victima iterum est aries. Ara flammas emittit, Sacerdos pateram in ignem effundit. Libatio igitur victimæ mactationem præcedebat, id quod tamen nollem tanquam ritum certum invariabilemque habere. Pone sacerdotem victimarii duo arietem ducunt : ambo lauri ramum tenent, lauroque coronantur : quodque singularius est, tunica, & supra tunicam chlamyde induuntur, cum tamen in sacrificiis pene omnibus quæ hactenus protulimus, victimarii aut a zona superne nudi sint, aut tunicam tantum gestent. Sacerdos contra, solam habet tunicam præcinctam : ejus coma fascia quadam circumligatur in modum diadematis. Ante aram ex altero latere juvenis est lauro coronatus, tunica amictus & chlamyde. Manu dextera tenet instrumentum singulare, in formam trianguli æquilateri, in cujus basi inserti sunt aliquot annuli. En multa alius insolita in uno sacrificio. Sed in illis adeo vastis gentilitatis regionibus, quot fuerunt ritus, usus contra traditique à scriptoribus nusquam memoratæ, & quorum causam nunquam deprehendere nunquam valeas. Instrumentum porro illud in trianguli formam concinnatum, mechanicam aliquam forte artem significat. Sacrificiumque illud pro artificum ejusdem generis corpore oblatum fuerit. Nihil frequentius in monumentis & inscriptionibus quam sacrificia & vota ab artificum corpore emissa. Sic *corpus pistorum* statuam Vestæ ex voto posuit, ut vidimus in Tab. XXVII. primi Antiquitatis explanatæ tomi.

II. Quod deinde conspiciendum offertur sacrificium, inter monumenta item Brixiana comparet ex anaglypho æneo expressum. Ara rotunda sertis pro more coronatur : supra aram focus est flammas

naire : il y a au-dessus un brasier qui jette feu & flamme. Le Prêtre a sur la tête un bonnet de sacrificateur qu'on appelloit *Apex*, il ressemble à une calotte, & au sommet une pointe qui lui a fait donner le nom d'*Apex*; quelques-uns prétendent que les bonnets de cette forme, sont ce qu'on appelloit *Albogalerus*. Nous en avons déja parlé au second tome de l'Antiquité; c'est apparemment un bonnet des Saliens, tels qu'on le voit à la pl. v. du second tome de l'Antiquité. Les Saliens étoient des Prêtres de Mars; & cela fait croire que ce sacrifice est fait à ce dieu : ce bonnet a une anse du côté de l'oreille : il y en avoit apparemment autant de l'autre côté, pour le mieux assurer. C'étoit un mauvais présage de laisser tomber ce bonnet, quand il étoit une fois sur la tête : après un pareil accident on obligeoit le Prêtre d'abdiquer le Sacerdoce. Ce Prêtre porte une tunique relevée d'une ceinture, & par-dessus un manteau. Il tient de la main droite une branche de laurier, & appuye sa gauche sur un grand vase à deux anses, qui contenoit apparemment des liqueurs pour le sacrifice. On appelloit ces vases à deux anses diotes, & l'on s'en servoit pour y tenir du vin : diota signifie qui a deux oreilles ou deux anses. Derriere le Prêtre est un victimaire couronné de laurier qui mene la victime : c'est un taureau couronné aussi de laurier, de ses cornes sortent des grains ronds passés sans doute à un fil ou à un ruban, ce qui a toute la forme de nos Chapelets. Je crois que c'est par accident qu'après cinq ou six grains il s'y trouve des especes de croix comme à nos Chapelets, il n'y a nulle apparence qu'on y ait voulu faire des croix. Le taureau porte outre cela sur le milieu du corps un grand feston de fleurs & de feuilles qui lui pend des deux côtés. On immoloit à Mars le taureau : cela pourroit encore faire conjecturer que ce sacrifice est fait à Mars; mais cette conjecture est foible, parce que le taureau étoit la victime de la plûpart des dieux : il vaut mieux s'en tenir à la premiere prise de l'Apex, ou du bonnet sacerdotal du Salien.

III. Un autre sacrifice [3] de Bresse a plusieurs singularités. Une Prêtresse revêtuë d'une tunique qui descend jusqu'à terre, ensuite d'une autre qui vient au-dessous du genou, & par-dessus tout cela d'un grand voile qui lui couvre la 3

---

emittens. Sacerdos apicem gestat pileo similem, à summo vertice virgulam emittentem, ex qua apicis nomen consequutus est. Non desunt qui putent pileos hujuscemodi albogaleros vocari : qua de re jam actum est in secundo Antiquitatis explanatæ tomo Tab. v. Estque, ut videtur, apex ille Saliorum, qui in eadem Tabula spectandus offertur. Salii Martis Sacerdotes erant; unde conjicimus hoc sacrificium offerri Marti. Apex autem ansam ex parte auriculæ habet, & ex opposito ansa haud dubie similis habebatur, quam hic non conspicimus, ut sic tutius capiti apex hæreret. Nefas ducebatur si apex ille, semel capiti impositus, casu quopiam dilaberetur. Id si fortasse accideret, Sacerdotium Salius abdicare cogebatur. Sacerdos hic tunicam gestat cingulo strictam & reductam superne, & supra tunicam pallio amicitur. Manu dextera lauri ramum tenet, sinistramque imponit peramplo vasi utrinque ansato, in quo haud dubie liquores continentur in sacrificio effundendi : hæc porro vasa utrinque ansata diotæ appellabantur, & vino servando usu veniebant. Diota enim vas duabus auriculis, sive duabus ansis instructum significat : pone Sacerdotem victimarius est lauro coronatus, qui victimam ducit, nempe taurum lauro itidem coronatum; ex cujus cornibus dependent globuli rotundi, inserto vel filo vel fascia detenti, qui rosaria nostra hodierna referunt. Casu accidisse puto ut post quinque sexve grana, quædam ceu cruces occurrant, perinde atque in rosariis nostris; neque existimo, eos qui hujusmodi victimarum ornamenta excogitarunt, cruces in mente habuisse. In medio quoque corpore gestat taurus magnum sertum ex floribus foliisque concinnatum, ex utraque parte dependens. Marti taurus mactabatur : unde fortassis alia conjectura duci posset, qua Marti sacrificium adscriberetur. Verum hæc conjectura admodum levis esset : quia taurus victima erat omnium ferme deorum. Priori potius conjecturæ hærendum est, desumtæ ex apice, qui Sacerdoti Martis Salio proprium erat.

III. Brixianum aliud [3] sacrificium plurima offert non solita, vixque alibi observata. Sacerdotissa quæpiam talari induta tunica, insuperque alia tunica, infra genua defluente, demum amplissimo velo, quod caput, humeros & brachia ad cubitum usque operit; hæc Sacerdotissa inquam libat & sacrificat, pateram effundens in flammam aræ

tête, les épaules & les bras jusqu'au coude ; cette Prêtresse, dis-je, sacrifie en versant une liqueur sur la flamme d'un autel rond. Elle a les pieds nuds aussi-bien qu'une autre femme qui est auprès d'elle ; celle-ci est couronnée de feuilles, je ne sçai de quel arbre : elle regarde le Ciel, & a un air fort dévot ; elle étend une main, & tient l'autre sur la poitrine, au-dessus de sa tunique ; elle a une espece de mante. La tunique est marquetée de certaines figures qui ressemblent à des croix de saint André. Nous avons déja vû sur les figures de Bresse des ornemens à peu près semblables. A côté de cette femme est un chien couché, qui pourroit peut-être marquer que le sacrifice se fait à Diane : mais cela n'est rien moins que sûr.

---

rotundæ. Nudis est pedibus ut & alia mulier prope illam stans : hæc porro coronatur foliis, nescio cujus arboris, vel plantæ : hæc [illegible] cœlum respicit, religiosissimam præ se ferens animum : manum alteram extendit, alteram pectori admovet : supra tunicam vero pallam habet se tegentem. Tunica frequentibus notis signata [illegible] est, quæ crucem quam S. Andreæ vocamus, satis referunt. In monumentis porro Brixianis aliquas his similia ornamenta comperimus. Ad latus hujusce mulieris canis est decumbens, ut forte conjicias hoc sacrificium Dianæ offerri : at hoc incertum omnino est.





SAC
1
2

IFICES

3



Bresciane



CHAPITRE VIII.

I. Sacrifices sur des médaillons. II. Sacrifices à Hygiea. III. Autres sacrifices sur des médaillons.

I. UN médaillon du Roi montre un sacrifice fait devant [1] un temple, dont la façade est à quatre colomnes d'ordre Corinthien. L'aigle qu'on voit dans le fronton prouve que c'est un temple de Jupiter : cependant il semble que le sacrifice se fait à Hercule, que nous voyons à l'autre côté de l'autel avec sa massuë & la dépouille du lion. Il n'est pas extraordinaire que les dieux à qui l'on sacrifie soient représentés comme présens aux sacrifices. Dans les médailles de Postume, nous voyons cet Empereur sacrifiant à Hercule, qui se tient de bout comme ici à l'autre côté de l'autel. Nous avons aussi vû Minerve en la même situation à un sacrifice qu'on lui faisoit ; mais la premiere difficulté revient toujours, si c'est un sacrifice à Hercule, d'où vient qu'on le fait devant un temple de Jupiter ? Ou si c'est un sacrifice à Jupiter, pourquoi Hercule avec sa massuë & la dépouille du lion, est-il présent au sacrifice ? Peut-être que le sacrifice regarde l'un & l'autre dieu. On pourroit aussi dire que le sacrifice se fait à Hercule, parce qu'il y avoit dans ce temple de Jupiter quelque chapelle d'Hercule, ou quelque statuë du même dieu : ce qui se trouvoit souvent dans les temples des Gentils. Hercule tient une patere comme pour la verser sur la flamme : on voit souvent les dieux tenant ainsi des pateres qu'ils versent sur des autels flamboyans. Je remarque ici un victimaire, & deux autres hommes : il est difficile de sçavoir lequel doit faire la fonction de Prêtre, à moins que ce ne soit Hercule lui-même qui sacrifie à Jupiter : il pourroit aussi se faire qu'on a mis quelqu'un en cet équipage d'Hercule, pour exercer ce ministére. Ces profanes avoient une infinité de pratiques que nous ignorons, & que nous ne pouvons expliquer que par des exemples répétés sur des monumens. Ce sacrifice se trouve dans un revers de l'Empereur Antonin le pieux.

PL. XXVII. 1

Voici un autre sacrifice [2] sur le revers d'un médaillon de Marc-Aurele. La 2

CAPUT VIII.

I. Sacrificia in nummis. II. Sacrificia Hygieæ. III. Alia in nummis sacrificia.

I. NUmmus Regius maximæ molis sacrificium exhibet, [1] quod ante templum peragitur, cujus templi frontispicium quatuor columnas habet Corinthio ordine. Aquila in fastigio posita probat Jovis esse templum. Attamen videtur Herculi sacrificium offerri, quem ad aliud aræ latus conspicimus cum clava & leonis spoliis. Deos sacrificiis quæ sibi offeruntur adstare, nec nova nec insolita res est. In nummis Postumi, hunc Imperatorem videmus Herculi sacrificantem præsenti, & ut in hoc nummo ad alterum aræ lætus adstanti. Minervam quoque vidimus in secundo Antiquitatis explanatæ tomo Tab. XCI. sibi sacrificanti cætui præsentem. Sed prior difficultas redit : si sacrificium est Herculi, cur ante Jovis templum offertur ; si Jovi, cur Hercules cum clava & leonis pelle sacrificio adest ? Fortasse vero sacrificium utrique deo offertur. Dici forte posset etiam sacrificium Herculi offerri : quia in illo templo aliquod Herculis sacellum, vel aliqua ejusdem dei statua erat ; quod sæpe in templis Ethnicorum occurrebat. Hercules pateram tenet, ut liquorem quempiam in flammam effundat. Sæpe dii visuntur pateras tenentes, quas in aram effundunt flammigeram. Hic victimarium cernimus duosque alios viros. Quis vero ex ambobus sit Sacerdotio functurus, non ita facile est divinare, nisi forte ipse Hercules ipse Jovi sacra faciat. Forte etiam Herculis cultus ad hoc ministerium exercendum cuipiam datus fuerit. Profani illi innumeros servabant ritus quos ignoramus, nec nisi repetitis monumentorum exemplis deprehendere possumus. Hoc sacrificium in nummi Antonini Pii postica parte repræsentatur.

Aliud sacrificium [2] proferimus ex postica parte

Victoire d'un côté tient un baſſin plein de fruits qu'elle va ſacrifier pour la ſanté de l'Empereur, ce qu'on reconnoît par le ſerpent poſé ſur un autel. Ce ſerpent hauſſe la tête, & fait pluſieurs contours de ſon corps : la ville de Rome de l'autre côté étend ſa main comme pour ordonner le ſacrifice ; ce ſont des faits particuliers dont on ne pénétre pas aſſez la cauſe & l'œconomie. Le médaillon fut frappé après le troiſiéme Conſulat de Marc-Aurele à ſon vingtiéme tribunat, lorſqu'il prenoit pour la troiſiéme fois le titre d'*Imperator* : Ces notes concourent avec l'an 919. de la fondation de Rome, & l'an 166. de JESUS-CHRIST : c'étoit en cette année que Lucius Verus Collégue de Marc-Aurele, faiſoit la guerre en Orient. Il y a quelque difficulté ſur la derniere note qui le fait trois fois *Imperator*, dans les autres médailles il eſt dit *Imperator* pour la quatriéme fois, & *Imperator* III. ne concourt jamais avec trois fois Conſul, & Tribun pour la vingtiéme fois, ſelon Mezzabarba. On laiſſe cette difficulté à démêler aux Chronologiſtes. Peut-être a-t-on mal lû dans le médaillon du Roi. Au reſte ce grand arbre qui couvre Rome & l'autel, ſemble marquer que le ſacrifice s'eſt fait à la campagne.

3 II. Le ſuivant [3] eſt fort extraordinaire, on y voit dabord un homme aſſis ſur un autel couronné de feſtons. Il ſe ſoûtient de ſa main ſur l'autel, & paroît être incommodé, de l'autre bras il embraſſe une lyre, derriere la lyre ſont deux hommes qui paroiſſent fort attentifs à ce qui ſe paſſe, l'un eſt couronné de laurier; celle qui ſemble faire la fonction de Prêtreſſe prend la tête d'un ſerpent qui entortille une colomne, au deſſus de laquelle eſt un vaſe. J'avois d'abord conjecturé ſur la ſituation de l'homme aſſis que c'étoit le malade pour lequel on alloit offrir le ſacrifice : mais il y a plus d'apparence que c'eſt un joueur d'inſtrument. Le travail de cette pierre eſt exquis, toutes les figures y ſont de la derniere perfection. Quelqu'un a cru que l'homme aſſis qui embraſſe une lyre, eſt un Apollon ; fondé ſur ce qu'il eſt aſſis ſur un autel couronné, ce qui convient mieux à Apollon qu'à un homme mortel, ſur ce qu'il tient une lyre, l'inſtrument ordinaire d'Apollon, & ſur ce que le ſacrifice ſe fait pour la ſanté : or Apollon étoit un des dieux invoqués pour la ſanté. Les Veſtales l'appelloient *Apollon Médecin* : en ce cas-là le ſacrifice ſe feroit

---

nummi Marci Aurelii eductum. Victoria ab uno latere lancem tenet fructibus plenum, in ſacrificium adhibendis pro ſalute Imperatoris, id quod ex ſerpente cognoſcitur in ara poſito. Serpens ille caput erigit, & corpus circumplicat; in altero latere Urbs Roma manum extendit, quaſi imperans ut ſacrificium offeratur. Hujus autem & ſimilium rerum cauſam & œconomiam non accurate novimus. Percuſſus nummus fuit M. Aurelio Coſ. III. Tribunitia poteſtate xx. cum Imperator III. eſſet, quæ notæ conveniunt in annum ab Urbe condita 919. ab ortu Chriſti 166. quo anno Lucius Verus M. Aurelii Collega bellum in Oriente gerebat. Aliquid occurrit difficultatis in poſtrema nota, qua tertium Imperator dicitur. In cæteris quippe nummis Imperator quartum notatur. Imperator vero tertium cum Coſ. III. & TR. POT. xx. nunquam conſentiunt ut apud Mezzabarbam videre eſt. Quæ difficultas chronologis mittitur : fortaſſis autem nummi Regii lectio non accurate expreſſa fuit. Cæterum arbor illa quæ Romam & aram operit, indicare videtur ſacrificium offerri in agro.

II. Sacrificium ſequens [3] non ita ſolito ritu procedit : ſtatim viſitur vir ſedens in ara feſtis ornata. Manu autem aræ impoſita ſeſe ſuſtentare videtur; ſpeciem enim habet viri infirmitate laborantis; altero autem brachio lyram complectitur. Pone lyram duo viri ſunt, rei quæ agitur admodum intenti : horum alter lauro coronatus eſt. Illa vero ſeu mulier ſeu virgo quæ Sacerdotio fungi videtur, caput apprehendit ſerpentis qui columnam circumplicat : ſupra columnam vas quodpiam cernitur. Statim conjectaveram virum ſedentem ægrum eſſe ac pro ejus ſalute ſacrificium offerri : at veriſimilius eſt eſſe citharœdum. Gemmæ ſculptura florentiſſimam artis redolet ætatem, figuræ omnes accuratiſſime exprimuntur. Opinatus eſt quiſpiam, virum ſedentem, qui lyram amplectitur, eſſe Apollinem, eo quod nempe aræ coronatæ inſideat; id quod magis Apollini quam mortali viro conſentaneum eſt; eo quod etiam lyram complectatur, inſtrumentum nempe Apollini familiare & quod ſacrificium pro ſalute offeratur : erat enim Apollo inter ea numina, quæ ad ſanitatem incolumitatemque corporis adhibebantur. Virgines quippe Veſtales illum Apollinem Medicum nuncupabant. Si vere ſit Apollo,

SACRIFICES

1

Medaillon du Roi

2

Medaillon du Roi

3


M. Masson

4

M. l'Abbé Fauvel

5

M. l'Abbé Fauvel



à Apollon lui-même : il n'eſt pas nouveau de voir les dieux préſens aux ſacrifices qu'on leur offre : on s'en rapporte au jugement des habiles. On voit [4] dans la pierre ſuivante preſque toutes les mêmes choſes que dans celle-ci. 4
Il n'y a entre les deux de différence qu'autant qu'il en faut pour juger que ce n'eſt pas le même deſſein, quoique ce ſoit le même ſacrifice, il ne reſte qu'à marquer en quoi celle-ci différe de la premiere. Les figures ſont déja tournées d'un autre côté, en ſorte que la gauche de celle-là devient la droite dans celle-ci. La colomne qui eſt ronde dans la premiere eſt quarrée ici : dans l'autre la femme tient la tête du ſerpent qui entortille la colomne ; au lieu qu'ici cette tête du ſerpent ne paroît pas. La Prêtreſſe eſt coeffée fort différemment dans les deux : dans la premiere, l'un des deux hommes qui aſſiſtent à la cérémonie eſt barbu, & couronné de laurier ; au lieu qu'ici tous deux ſont ſans barbe & ſans couronne : le vaſe qui eſt ſur la colomne de cette derniere image, jette des flammes ; il eſt d'une forme très-différente de l'autre. Le ſacrifice ſe fait dans la premiere image auprès d'un mur, ſur un pavé de pierres quarrées ; & l'on ne voit rien de tout cela dans l'autre. On y remarque encore quelques autres diverſités moins conſidérables.

La femme [5] qui tient un ſerpent dans l'image ſuivante eſt ou Hygiéa déeſſe 5
de la ſanté, ou une Prêtreſſe. La femme aſſiſe ſur un tabouret raccommode ſa lyre pour jouer pendant le ſacrifice : elle paroît être dans une violente ſituation ; mais le défaut eſt dans la pierre même. Les deux dards & le bouclier orné d'une tête de Méduſe, pourroient marquer que c'eſt pour un guerrier malade que le ſacrifice ſe va faire, ou peut-être que le ſacrifice ſe fait à Minerve : tout cela ſe dit preſque en devinant. Il y en aura même qui douteront ſi c'eſt un ſacrifice, n'y ayant ni autel, ni victime ; je n'oſerois rien déterminer là-deſſus.

III. C'eſt l'Empereur Commode lui-même qui ſacrifie dans le médaillon PL.
ſuivant. [1] Il eſt voilé & verſe ſa patere ſur la flamme qui s'éleve ſur un trépied. XXVIII.
Nous avons vû ſouvent des ſacrifices faits de même ſur des trépieds. La grande 1
femme qui porte la corne d'abondance, & qui paroît couronnée d'épis de bled, pourroit marquer l'Abondance que ces profanes regardoient comme une déeſſe. Elle tient de la main droite une picque terminée en haut preſque

---

ſacrificium ipſi haud dubie offeretur. Nec novum eſt deos videre ſacrificiis ſibi oblatis præſentes. Res tota eruditorum judicio permittitur. In gemma [4] ſequenti ferme omnia quæ in hac priore conſpiciuntur. Neque aliud inter ambas diſcrimen deprehendi poſſe videtur, quam id quod ſuadere poſſit eamdem non eſſe imaginem, licet idipſum ſit ſacrificium exhibitum : unum reſtat, ut videlicet dicamus in quibus hæc rebus à priore differat. Figuræ inverſæ ſunt, ita ut quod latus dextrum eſt in illa, in hac ſit ſiniſtrum. Columna quæ rotunda ibi eſt, hic eſt quadrata. In alia, mulier ſerpentis columnam circumplicantis caput tenet, in hac vero ſerpentis caput nuſquam comparet. Ornatus capitis Sacerdotiſſæ in ambabus longe differt. In priore ex duobus viris ſtantibus cæremoniamque inſpectantibus, unus barbatus eſt & lauro coronatus, in altera autem uterque imberbis & ſine corona eſt. Vas columnæ hujus poſtremæ imaginis impoſitum, flammas emittit ; formaque ab alterius columnæ vaſi longe differt. In priore imagine ſacrificium offertur prope murum, ſupra pavimentum ex quadratis lapidibus ſtructum. Horum porro nihil in altera imagine comparet. Aliquæ adhuc, ſed minoris momenti, differentiæ poſſent annotari.

Quæ ſerpentem tenet [5] mulier in ſchemate ſequenti eſt forte Hygiea ſalutis dea, ſive ipſa ſalus, vel eſt Sacerdotiſſa quædam. Mulier altera in ſelulla ſedens lyram ſuam concinnat ut in ſacrificio ludat. Videtur ſane violentiam inferre corpori, ita nempe ſeſe contorquet, ſed illud ex una Sculptoris imperitia profectum puto : ſagittæ duæ & clypeus Meduſæ capite ornatus, pro bellatore ægroto ſacrificium iſtud offerri forte ſignificare poſſint. Verum hæc quaſi divinando dicuntur : nec deerunt forte qui dubitent an ſacrificium ſit, cum hic neque victima quæpiam compareat. De his porro nihil auſim affirmare.

III. Imperator ipſe Commodus [1] ſacrificat in nummo ſequenti, velatus pateram effundit in flammam ex tripode erumpentem. Multa ſacrificia jam vidimus in tripode peracta. Mulier illa grandi ſtatura quæ cornucopiæ geſtat, & quæ ſpicis coronata eſſe videtur, poſſet eſſe Abundantia, quam ut deam colebant profani illi veteres. Haſ-

comme un caducée; un victimaire mene un taureau pour le sacrifice.

2 Le sacrifice [2] suivant se fait à Ephese sur le perron du fameux temple de Diane d'Ephese, qui est représentée avec ses broches à l'entrée du temple. Un trépied sert ici d'autel comme dans le sacrifice précédent. Les Ephesiens qui ont frappé ce médaillon disent qu'eux seuls entre toutes les Communautés des Villes ont été quatre fois Néocores. Nous avons dit ci-devant ce que c'étoit qu'une ville Néocore, & marqué la dispute sur la primauté qui étoit entre Ephese, Smyrne & Pergame villes d'Asie.

3 Les deux sacrifices [3] suivans se font à Pergame. Dans le premier on voit un temple dont le toit est tout hérissé de pointes; à l'entrée du temple on voit un dieu assis qui tient une pique. On l'a fait si petit qu'il n'est pas possible de distinguer quel dieu ce peut être. Il y avoit plusieurs dieux dont on ne sçait aujourd'hui ni le nom, ni la figure. Devant ce temple on offre à ce dieu un sacrifice, le Prêtre tient une patere qu'il va répandre, le victimaire éleve son maillet pour assommer le taureau : on ne voit pourtant point ici d'autel, non plus que dans le sacrifice suivant qu'on offre aussi devant un temple, & où
4 le Prêtre [4] tient la patere de même, & le victimaire un maillet pour assommer la victime.

5 Le sacrifice à la déesse [5] Salus ou la Santé, représenté dans le médaillon suivant se fait pour Alexandre Severe. La déesse assise présente sa patere à un serpent qui y vient boire; aux pieds d'Hygiea est un autel, & au-delà de l'autel, l'Empereur la tête nuë implore l'assistance de la déesse. Un soldat armé de casque, de cuirasse & de pique, se tient derriere le Prince.

---

tam illa tenet dextra manu, quæ hasta superne caduceo terminatur. Victimarius taurum mactandum ducit.

Sacrificium [2] sequens Ephesi in porticu templi illius celeberrimi Dianæ Ephesiæ offertur : dea autem ipsa cum verubus ad ingressum templi repræsentatur. Tripus aræ vicem præstat ut in præcedenti sacrificio : Ephesii, qui hunc percussere nummum, inscriptione nummi indicant, hoc sibi solis competere, quod inter Asiæ urbes quater Neocori facti fuerint. Jam supra explicatum est quid esset urbs ΝΕΩΚΟΡΟΣ, ubi de tribus æmulis urbibus Epheso, Smyrna & Pergamo, quæ de primatu inter se contendebant, satis diximus.

Duo sacrificia [3] sequentia Pergami peraguntur. In priore templum visitur cujus tectum prominentibus pinnis refertum & quasi hirsutum est. Ad ostium templi sedet quidam deus hastam tenens : nec potest quis sit in tam exigua imagine discerni : multa certe erant numina quæ ne nomine quidem nota nobis sunt. Ante templum huic numini sacrificium offertur ; Sacerdos pateram tenet mox effundendam : victimarius malleum erigit, quo taurum mactet. Nulla tamen hic ara visitur, id quod etiam in nummo sequenti observatur, ubi similiter ante templum offertur [4] sacrificium ; Sacerdos pateram effundit, victimarius taurum mactat.

Sacrificium [5] saluti sive Hygieæ offertur pro Alexandro Severo. Dea sedens pateram serpenti offert qui bibiturus accedit. Ante Hygieam ara est, & in opposita aræ parte Imperator stans nudo capite deæ aaxilium implorat. Miles casside, thorace & hasta armatus pone Imperatorem stat.




SACRIFICES
1
2
3
Medaillons du Roy
4
5
6
Medaillons du Roy
M. le Marquis de Chambona
7
Vettori



CHAPITRE IX.

I. Sacrifice rustique par trois Nymphes. II. Sacrifice à Bacchus. III. Sacrifice extraordinaire à Diane. IV. Autre à Mars. V. Autre à Jupiter conservateur. VI. Sacrifice de Valerien & de Gallien. VII. Luperce ou Athlete. VIII. Le Pulvinar.

I. L'Image [6] suivante montre un sacrifice rustique, ou fait à la campagne comme le marque la branche d'arbre qui s'éleve entre ces filles, ou ces Nymphes qui sacrifient: celle qui fait la fonction de Prêtresse, jette dans la flamme d'un autel rond quelque chose qu'on ne peut distinguer : celle qui vient après éleve une couronne de laurier, comme voulant couronner la Prêtresse. La derniere est attentive au sacrifice. Dans l'Exergue on voit deux branches de laurier qui se croisent, ce qui pourroit signifier que le sacrifice se fait en action de graces de quelqu'insigne bienfait. 6

II. Le sacrifice [7] qui vient ensuite se fait à Bacchus, ou à quelque dieu de sa bande. Le premier de l'image porte quelques fruits dans un plat, un autre tient d'une main un bassin plein de fruits, & de l'autre un coûteau pour égorger un cochon destiné au sacrifice : ce cochon étoit apparemment bandé par le milieu du corps, comme l'étoient ceux qu'on menoit pour être immolés; mais le victimaire cache plus de la moitié de l'animal, & l'on ne voit point cette bande. Le dernier personnage a tout l'air de quelque Silene, & une queuë comme les Satyres: il joue des instrumens, & ce qu'il y a de singulier est que l'un est une flute droite, & l'autre un cor tout tortu : cependant il souffle en même temps l'un & l'autre. C'est une chose fort ordinaire de voir jouer de deux flutes à la fois, sur-tout dans les sacrifices; mais jouer en même temps d'une flute & d'un autre instrument tortu, cela est tout nouveau pour moi, je ne l'avois jamais vû jusqu'ici. 7

III. Tout est extraordinaire dans le sacrifice suivant; Diane nuë, ce qu'on PL. XXIX.

CAPUT IX.

***I.** Sacrificium rusticum trium nympharum. **II.** Sacrificium Baccho. **III.** Insolita forma sacrificium Dianæ. **IV.** Aliud sacrificium Marti. **V.** Aliud Jovi conservatori. **VI.** Sacrificium Valeriani & Gallieni. **VII.** Lupercus, vel athleta. **VIII.** Pulvinare.*

I. Schema sequens [6] sacrificium monstrat rusticum, ut ex arboris ramo inter tres illas seu nymphas seu virgines surgente indicari videtur, quæ nymphæ hic sacra faciunt. Illa quæ Sacerdotis vice fungitur in flammam aræ rotundæ aliquid conjicit : quod quidnam sit vix internosci potest: quæ postea sequitur lauream coronam erigit, ac si Sacerdotissam ea coronare velit. Quæ sequitur, rem quæ agitur, intento, ut videtur, animo respicit. In exergo duo rami laurei sunt sese mutuo decussantes, qua re forte significatur sacrificium in gratiam collati cujuspiam beneficii offerri.

II. Sacrificium [7] illud aliud quod sequitur aut Baccho, aut alicui ex Bacchica caterva deo offertur. Qui prior in schemate est fructus aliquot in disco gestat : alius altera manu pelvim fructibus plenam, altera cultrum jugulando sui tenet: nam hic sus mactandus offertur. Eratque, ut credere est, sus medio corpore fascia ligatus, ut vulgo erant sues quos diis mactandos adducebant : sed cum victimarius plus quam dimidium suem obtegat, non potest hæc fascia cerni. Postremus esse Silenus quispiam videtur, caudamque habet perinde atque Satyri : instrumentis quibusdam ludit; quodque observes velim, simul flat in tibiam rectam, & in aliud instrumentum contortum, cornu referens. Res admodum trita est tibicines videre duabus simul tibiis ludentes, id quod in sacrificiis passim conspicitur; at simul tibia, & contorto illo instrumento ludere, id certe novum insolensque est, & nusquam alias me videre memini.

III. Nihil non singulare in sacrificio sequenti observatur. Diana nuda quod [1] sane perquam raro

1 ne voit guere, eſt ſur un autel rond, a ſur [1] la tête un croiſſant, & tient un chien par les pattes : elle fait ſigne de la main à la victoire qui ſacrifie devant l'autel. Cette victoire eſt nuë, aîlée, armée d'un caſque qui a une longue aigrette ; elle ſacrifie un taureau qu'elle vient d'atterrer, pour lui plonger plus aiſément le coûteau dans la gorge, elle le tient par le muffle, & lui fait lever la tête. Quelque vainqueur, après le combat où il croyoit avoir été ſecouru par Diane, aura peut-être imaginé cet acte de reconnoiſſance : ſi ce n'eſt pas cela, c'eſt quelque choſe qu'il eſt mal-aiſé de deviner. Après les images de Mithras, nous en avons vû d'autres fort ſemblables à celle-ci, au premier tome de l'Antiquité planche CCXIX. & une autre ſur une lampe au cinquiéme tome, planche CXC. Mais nous n'avons encore point trouvé de monument qui aide à expliquer ceux de cette eſpece. Nous trouvons ſi ſouvent Mithras ſur le taureau preſqu'en la même poſture, qu'on a mis quelquefois ces ſortes d'images avec les Mithriaques.

2 IV. Le ſacrifice ſuivant [2] eſt des plus ſolemnels : c'eſt pour la victoire de Gordien Romain, comme le marque l'inſcription *Victoria Auguſti* : c'eſt la victoire qu'il remporta contre les Perſes l'an de la fondation de Rome 996. de JESUS-CHRIST 243. où il reprit Antioche, & ſe ſaiſit de Carres & de Niſibe, villes de l'Empire des Perſes. Ce ſacrifice ſe fait devant le temple de Mars, temple rond fort élevé, & qui a une eſpece de coupole : dans le fronton & ſous l'entablement, on voit cette inſcription grecque ΘΕΟΣ ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ, qui ſignifie *deus armis munitus* le dieu armé ; en effet Mars paroît armé ſur la porte du temple : le dernier mot ὁπλόφορος eſt clairement exprimé ſur l'image, le premier n'eſt pas ſi liſible ; mais comme M. Vaillant dans ſon Traité des Médaillons a lu ainſi, & qu'il en avoit peut-être vu pluſieurs dont les uns aidoient à lire les autres, nous avons cru devoir lire comme lui. Il y a ſur le milieu du temple trois grandes portes en arcades ; dans celle du milieu qui eſt la plus large, ſe voit Mars en habit militaire, armé d'une pique. Le ſacrifice ſe fait en cette maniere ; l'autel eſt un trépied, l'Empereur avec la toge eſt couronné de laurier, jette qnelque choſe dans le feu, deux hommes qui le ſuivent ſont auſſi revêtus de la toge ; de l'autre côté l'on voit deux

---

cernimus, ſtat ſuper ara rotunda, [1] creſcentem pro more lunam capite geſtans, canem aliudve animal pedibus tenens. Extenſa manu aliquid imperare videtur victoriæ nudæ, alatæ, criſtata caſſide munitæ, quæ ante aram ſacrificat, taurumque mactat, quem antea proſtravit, ut facilius gladium in jugulum immittat, taurum naribus apprehendit, ut caput erigat. Victor quiſpiam poſt victoriam Dianæ ope, ut ipſe putabat, partam, hoc forſitan grati animi ſignum excogitavit. Aut hoc eſt, aut aliud quidpiam longo & forſan inutili conatu explorandum. Poſt Mithræ ſchemata figuras pene ſimiles vidimus tomo primo Antiquitatis explanatæ Tab. CCXIX. Aliam quoque dedimus in Lucernis tomo v. Tab. CXC. Sed nondum ſchema quodpiam hujuſmodi prodiit, quod ad alia explananda juvet. Adeo frequentes exſtant Mithræ tauro eodem modo inſiſtentis imagines, ut hæ, quibuſde agimus, icones cum Mithriacis nonnunquam poſitæ ſint.

IV. Sacrificium [2] ſequens inter ſolemniora computandum. Pro victoria enim Gordiani Romani oblatum fuit, ut inſcriptione fertur. VICTORIA AUGUSTI. Illa nempe victoria eſt, quam de Perſis reportavit anno Urbis Romæ conditæ 996. Chriſti 243. quâ Antiochiam recuperavit, & Carras Niſibinque ſub imperio Perſarum urbes cepit. Offertur porro ſacrificium ante templum Martis ; templum rotundum ſublime, in quo videtur tholus eſſe. Sub faſtigio & tabulato legitur hæc inſcriptio Græca. ΘΕΟϹ ΟΠΛΟΦΟΡΟϹ, *Deus armis munitus.* Et vere Mars hic armatus viſitur in oſtio templi. Poſtrema vox ὁπλόφορος clare legitur in nummo, prima non ita facile legitur : quia vero Valentius in libro de nummis maximæ molis ita legit, quia fortaſſe plurimos viderat nummos quorum alii aliis legendis opem attulere, ita legendum eſſe cenſuimus. In medio templo tria magna oſtia in arcus formam concinnata viſuntur ; in media autem porta, quæ latior eſt cæteris, Mars comparet cum veſte militari haſtam tenens ; ſacrificium hoc modo peragitur. Aræ loco tripus erigitur. Imperator togatus & lauro coronatus, in ignem quidpiam conjicit. Duo viri Imperatorem ſequentes toga & ipſi ſunt induti. Ad aliud latus duo victimarii ſunt, quorum al-

victimaires dont l'un éléve sa hache pour frapper la victime qui est un taureau. Dans une autre médaille frappée pour le même sujet, l'Empereur est couronné par la victoire. *Voyez Mezzabarba p. 340.*

Les grands dieux étoient les Dioscures Cabires qu'on appelloit à Athénes par antonomase les grands dieux, comme nous l'apprend un autre marbre érigé par Gaius fils de Gaius Prêtre des grands dieux Dioscures Cabires. Nous avons expliqué au long ce marbre qui a été transporté d'Athénes à Venise, & qui se voit au Palais Grimani.

Tertii ordinis coronæ omnes laureæ sunt; prima & ultima habent, *Senatus populusque*, quæ medium tenet, *Sacerdos Æsculapii*.

III. Hic multa nec levis momenti discimus; nempe Athenienses qui Delum insulam incolebant Senatum habuisse, qui decreta proferret; sed decreta illa Athenas missa fuisse ut ab Atheniensium Senatu confirmarentur & sancirentur. Heracleon cujus hic mentio habetur, vel templum erat Herculis, vel gymnasium. Gymnasia enim ut plurimum Herculi dicata erant, ejus ibi statua erigebatur.

Magni dii erant Athenis Dioscuri Cabiri, qui per antonomasiam magni dii illic appellabantur, ut ab alio discimus Atheniensi marmore, quod erexit Gaius Gaii filius Sacerdos magnorum deûm Dioscurorum Cabirorum : cujusque inscriptionem fuse explicavimus tomo primo hujus Supplementi, capite de Dioscuris.



CHAPITRE IV.

I. Les vœux des Romains. Différentes manieres dont ils les faisoient. II. Vœux en très-grand nombre. III. Marbres Romaius qui représentent des vœux de différente espece.

I. UN grand nombre de statuës, de bas reliefs, & d'autres monumens, sont ou des vœux, ou des accomplissemens de vœux. On en trouve plusieurs de ce genre dans les différentes parties de l'Antiquité expliquée. Ces vœux se faisoient pour la santé des Empereurs, des Préfets du Prétoire, des Consuls, Proconsuls, Préteurs, & pour les principaux Officiers de l'Empire; pour les Provinces, pour les Villes. On en faisoit pour les expéditions militaires, pour le bon succès de quelque affaire, & on les accomplissoit quand la chose avoit tourné comme on desiroit. Les particuliers en faisoient aussi pour la santé, pour l'heureux succès d'un voyage, d'une négociation, &c. Leur imagination vivement occupée de ce qu'ils souhaitoient obtenir, jointe à la prévention où ils étoient, que des dieux leur commandoient souvent en songe de faire tel & tel vœu, de se servir de tel & tel moyen: tout cela, dis-je, faisoit qu'ils croyoient avoir souvent des apparitions des dieux, & des commandemens de faire telle ou telle chose. De-là vient que dans un grand nombre d'inscriptions on trouve ces visions exprimées en ces termes, *ex imperio*, ou *ex præcepto deorum*, *par le commandement des dieux*, & quelquefois d'un dieu particulier, comme *imperio domini Silvani* par le commandement du Seigneur Silvain, *ex præcepto Jovis* par le commandement de Jupiter, *ex monitu Isidis* averti par Isis, *ex oraculo*, *ex vaticinatione*, *ex religione*, *jussu numinis*, *somnio monitus*; *par l'oracle*, *par le commandement de dieu*, *averti en songe.* Tous ces termes, & d'autres semblables sont fort en usage dans les inscriptions. Quoiqu'il arrivât souvent que ces visions & ces songes n'étoient qu'une pure invention des Prêtres, des devins & des fanatiques: il est pourtant certain que plusieurs croyoient avoir vû ou entendu ce qu'ils gravoient sur les marbres; tant ils étoient frappés de la réalité de ces visions.

CAPUT IV.

I. Vota Romanorum: votorum suscipiendorum varii modi. II. Vota ingenti numero. III. Marmora Romana quæ diversi generis vota repræsentant.

I. NUmerus ingens statuarum, anaglyphorum monumentorumque aliorum, aut vota suscepta sunt, aut vota soluta. Multa hujusce generis occurrunt variis in partibus Antiquitatis explanatæ. Hæc porro vota suscipiebantur aut pro salute & incolumitate Imperatorum, vel Præfectorum Prætorii, Consulum, Proconsulum, Prætorum, vel aliorum imperii Optimatum, item provinciarum aut civitatum causa. Similiter suscipiebantur, pro expeditionibus militaribus, pro felici exitu cujusvis negotii. Solvebantur autem quando res pro voto cesserat. Privati vero homines & ipsi vota suscipiebant pro salute sua, pro felici exitu itineris, expeditionis, aut negotii cujusvis. Imaginatio ipsorum vehementer perculsa, circa rem quam impetrare cupiebant agitata erat, iis adjuncta hæc opinio erat, deos nempe in somnio sæpe præcipere, ut illi talia, taliaque vota susciperent, taliaque agerent: hinc multa se visu percepisse, somnia vidisse, monita audivisse putabant. Hinc evenit ut sæpe in monumentis inscriptum videamus, *ex imperio*, *ex præcepto deorum:* aliquando autem dei cujuspiam, ut *imperio domini Silvani*, *ex præcepto Jovis*, *ex monitu Isidis*, *ex oraculo*, *ex vaticinatione*, *ex religione*, *jussu numinis*, *somnio monitus*. Hæ formulæ monumentis passim occurrunt. Etsi vero nonnunquam hæc ex simulatione quadam, & lucri gratia à sacerdotibus, vatibus, fanaticisque proficiscerentur; certum tamen esse videtur putasse multos, se id quod in marmore sculpebatur, aut vidisse aut audivisse: tantum præjudicata opinio valebat.

II. Chacun faiſoit des vœux ſelon ſa dévotion, à tel ou à tel dieu, ou déeſſe, très-ſouvent à pluſieurs dieux, & quelquefois à tous les dieux enſemble. Ce qui eſt certain, c'eſt qu'après les tombeaux, les épitaphes, les urnes & les inſcriptions ſépulchrales, dont le nombre paſſe tout, les vœux ſont la plus conſidérable partie des monumens de l'Antiquité. C'eſt-là où nous voyons tout ce que la dévotion, ou plutôt la ſuperſtition inſpiroit à ces gens plongés dans les folles erreurs du paganiſme; & ce qu'ils faiſoient pour ſe rendre les dieux propices, ſoit quelques-uns en particuliers, ſoit pluſieurs, ſoit tous enſemble.

III. Il s'en trouvoit qui pour réünir toutes les divinités ſous un ſeul nom, faiſoient leurs vœux au dieu Pantheus. Ce Pantheus étoit peint en dieu, qui portoit les ſymboles de pluſieurs divinités. Une inſcription porte que C. Hoſidius Marcianus & les ſiens, ont dédié à Pantheus un autel. Dans une autre qui étoit dans un temple il eſt dit, que c'eſt pour accomplir un vœu qu'on a dédié ce temple à Hercule, à Mercure, à Silvain, & au dieu Pantheus. Quelquefois ceux qui faiſoient ces vœux, les laiſſoient par teſtament à accomplir à leurs héritiers: par exemple Publius Numerius Martialis Sevir (c'étoit une eſpece de Sacerdoce) ordonna par ſon teſtament qu'on feroit une ſtatuë d'argent de Pantheus, du poids de cent livres, ſans aucune diminution, *ſine ulla deductione*, pour la placer ſans doute en un lieu convenable.

Un vœu plus extraordinaire, & auſſi plus rare eſt celui que Caius Terentius Dexter fait à un dieu, ou à une déeſſe quel qu'il puiſſe être, & ſans déterminer auquel. Ce vœu fut accompli à Rome, où fut trouvée l'inſcription.

Il s'en trouve un grand nombre faits à tous les dieux, & à toutes les déeſſes enſemble. Tel eſt un vœu accompli dans la Carinthie. C'eſt un autel érigé à tous les dieux par Marcus Ulpius Servatus, & par Peccia Primitiva, qui accomplirent leur vœu fait pour eux & pour leur famille, en conſéquence d'une viſion *ex viſu*, ou peut-être de quelque ſonge. C'étoient de grands préparatifs pour en avoir qu'une imagination échauffée par le rapport de ceux qui diſoient en avoir eu de ſemblables, & par le grand deſir d'en être favoriſé.

II. Secundum varias relligiones diverſoſque animi affectus vota emittebantur, tali vel tali numini, ſæpe multis diis, haud raro omnibus. Illud porro exploratum certumque eſt, exceptis Sarcophagis, Epitaphiis, urnis, inſcriptionibuſque ſepulcralibus, quæ cætera omnia monumenta numero ſuperant, vota nobiliorem majoremque partem reliquorum monumentorum complere. In his conſpicimus quid pietas, ſive potius ſuperſtitio, ſtultis addictos relligionibus mortales ſuſcipere & aggredi compellebat, quid placandis adhiberent numinibus, modo ſingulis, interdum multis, nonnunquam univerſis.

III. Nec deerant qui ut omnia ſimul numina copularent unoque nomine complecterentur, Pantheo numini vota emittebant. Pantheus, ut nomen ipſum ſonat, omnis deus eſſe fingitur, & figura expreſſus plurimorum numinum ſymbola geſtat. In ara quadam Gruter. p. 1. legitur C. HOSIDIVS MARCIANVS CVM SVIS, & infra in corona, PANTHEO SACRVM, quo ſignificatur C. Hoſidium Marcianum cum ſuis hanc aram Pantheo dedicaviſſe. Altera inſcriptio ibidem, ex templo quopiam veteri expreſſa, ſic habebat: HERCVLI, MERCVRIO, ET SILVANO SACRVM ET DIVO PANTHEO EX VOTO. Qui hæc ſuſcipiebant vota, nonnunquam ipſa hæredibus teſtamento relinquebant; ſic (*ibid.*) P. NVMERIVS MARTIALIS ASTIGITANVS SEVIRALIS SIGNVM PANTHEI TESTAMENTO FIERI PONIQVE EX ARGENTI LIBRIS CENTVM SINE VLLA DEDUCTIONE JVSSIT. Quod ſignum in aſſignato ac decenti haud dubie loco poni curavit.

Votum ſane ſingulariſſimum eſt, quod cuivis deo deæve emittitur, nullo nominatim expreſſo, quale eſt iſtud: SIVE DEO SIVE DEAE C. TERENTIVS DEXTER EX VOTO POSVIT, Romæ videlicet, ubi repertum marmor fuit.

Bene multa occurrunt vota diis deabuſque omnibus emiſſa: hujuſmodi eſt votum illud Gruter. II. in Carinthia erutum, quod *diis omnibus ſacrum Marcus Ulpius Servatus & Peccia Primitiva ex viſu pro ſe & ſuis omnibus poſuerunt.* Viſus ille ſomnium aliquod fuiſſe videtur. Qui viſus & ſomnia facile tunc contingere poterant, quando & multorum talia narrantium teſtimonio, & ſimilia habendi deſiderio, imaginatio excitabatur.

Celui-ci eſt plus curieux : Aurelius Fauſtus protecteur fait bâtir un petit temple à l'aſſemblée de tous les dieux & déeſſes, leur recommandant de procurer un heureux voyage, & un heureux retour à l'Empereur Tibere. Fauſtus fut porté à faire cette bonne œuvre par une viſion qu'il eut de la déeſſe Valentia, dont il n'eſt fait mention que je ſçache que dans cette inſcription, qui fut trouvée à Otricoli.

Un vœu à Jupiter & à l'aſſemblée de tous les dieux & déeſſes, fut accompli pour le ſalut de l'Empire Romain, & de la Légion treiziéme, appellée Gemina, & en action de graces de ce qu'étant en peine de trouver de l'eau, les dieux leur montrerent où ils en trouveroient : en reconnoiſſance de cela, on érigea une ſtatuë & un autel à Jupiter.

On faiſoit auſſi quelquefois ces vœux à quelques dieux ſeulement. Il s'en trouve un à Rome fait à Jupiter très-bon & très-grand, à la déeſſe Syrienne, & au Génie de Venalicius : c'eſt Caius Granius Hilarus & Liſſia Sabina, qui font ce vœu. Un autre à Jupiter très-bon & très-grand, au Soleil divin, & au Génie de Venalicius ; accompli par Quintus Junius Maximus, & par Julia Romana fille de Quintus ſa femme.

Antonia Aphrodiſia, affranchie de Marc, offre à Jupiter, à Junon & à Minerve, des vaſes & un miroir vénérien, *venereum ſpeculum*. C'étoit quelque eſpece de miroir dont nous n'avons pas connoiſſance : ce miroir vénérien a rapport à ſon nom *Aphrodiſia*, qui veut dire *Veneria*. Tout étoit bon à offrir aux dieux, on ſe les rendoit propices par des préſens de toute eſpece.

Un vœu curieux & aſſez ſingulier, fut fait & accompli par Memmius Oneſimianus à Jupiter & aux dieux Manes, pour la ſanté de Memmia Priſca, fille de Caius, & pour les fruits de la terre. Un vœu aux dieux Manes pour la ſanté de quelqu'un ne m'étoit pas encore tombé ſous la main.

Par le commandement de Jupiter très-bon & très-grand, Lucius Tettius Hermes, ſa femme, ſes enfans, & tous les ſiens érigerent ſur une baſe un vaiſſeau appellé *Cantharus*. Hermes ne dit pas par quelle voie ce commandement de Jupiter lui étoit venu ; s'il lui avoit apparu en ſonge, ou en viſion, ou s'il lui avoit fait porter l'ordre par quelque prêtre ; prophete ou fanatique.

On trouve quelquefois des vœux accomplis par des gens auſquels Dieu avoit

---

Hoc ſane ſingularitate conſpicuum votum fuit, cum Aurelius Fauſtus protector, pro ſalute *itus ac reditus Domini Sanctiſſimi Tiberii Auguſti ædiculam concilii deorum dearumque ex viſu deæ Valentiæ ſua pecunia fieri curavit.* Quæ dea Valentia neſcio an alibi uſpiam memorata occurrat. Inſcriptio autem Ocriculi reperta eſt.

Votum aliud Jovi optimo maximo & conſeſſui deorum ſolutum eſt, quod legioni XIII. Geminæ aquam quærenti demonſtraviſſent, ſic enim legendam opinor inſcriptionem Grut. II. *Jovi optimo maximo & conſeſſui deorum dearumque pro ſalute imperii Romani, & virtute legionis XIII. Geminæ ſub Marco Statio Priſco Conſule deſignato, demonſtrantibus ipſis aquas aperiendas per Lucium Aurelium Trophimum, ponenti ſignum Jovis & aram ſua pecunia fecit.*

Sæpe etiam vota emittebantur diis aliquot ut Grut. V. *Jovi optimo maximo & deæ Suriæ & Genio Venalici Caius Granius Hilarus cum Liſſia Sabina voverunt.* Aliud autem. *Jovi optimo maximo & ſoli divino & Genio Venalici Quintus Junius Maximi Libertus Felix, cum Julia Quinti filia Romana conjuge libenti animo votum ſolvit.*

Jovi, Junoni, Minervæ Antonia Marci liberta Aphrodiſia, Scyphos, & Venereum Speculum donum dedit. Quid ſit Venereum Speculum non ſat novimus; at Venereum Speculum aliquid affinitatis habet cum offerentis nomine : Aphrodiſia enim idipſum eſt quod Veneria. Numina quippe illa cujuſvis generis muneribus placabantur.

Nec vulgare nec ſolitum eſt id quod apud Gruterum p. x. fertur : *Jovi optimo maximo dis Manibus pro ſalute Memmiæ Priſcæ Caii filiæ Memmius Oneſimianus pro fructibus votum ſolvit lubens merito.* Nondum occurrerat mihi votum dis Manibus emiſſum ad reſtaurandum cujuſpiam valetudinem.

Ex juſſu Jovis optimi maximi Lucius Tettius Hermes cum conjuge ſua & filius & omnibus ſuis Cantharum cum vaſe, (l. baſe) *ſua poſuerunt.* Non declarat Hermes qua via quove nuncio juſſus ille Jovis ad ſe pervenerit : utrum nempe per viſum aut per ſomnium; an vero aliquem Sacerdotem, aut Prophetam vel Fanaticum ad ſe miſerit.

Nonnunquam vota ſolvuntur ab iis qui ſe deo-

avoit accordé leur demande. C'eſt ainſi que Lucius Statius Diodorus accomplit volontiers le vœu qu'il avoit fait au dieu grand & éternel, parce qu'il avoit éxaucé ſa priere.

Un autel trouvé à Rome fut dédié au dieu foudroyant par Quintus Publicis Fronto, ſelon l'ordre qu'il avoit reçu des Haruſpices. Ces Haruſpices étoient ceux qui devinoient ſur le mouvement des membres & des entrailles des bêtes qui venoient d'être immolées. Cette eſpece de Sacerdoce étoit venu de l'Hetrurie; ce qu'ils diſoient après l'inſpection de cette victime paſſoit pour un Oracle. Le terme d'Oracle ne ſe trouve pas ici, & n'a peut-être pas été employé pour cette maniere de prédire, de deviner, & de connoître la volonté des dieux. Une inſcription moitié grecque & moitié latine, dit que le vœu a été fait au dieu Jupiter de la patrie, en ſuivant l'Oracle, *ex Oraculo*, on ne peut ſçavoir comment l'Oracle avoit été rendu.

Ce fut après une viſion *ex viſu* que Caius Ducenius Phœbus, affranchi de Caius, & fils de Zenon, né en Syrie à Niſibe, ainſi porte l'inſcription, fit ériger un autel pour accomplir ſon vœu comme le devoir le demandoit. Ce vœu étoit fait au Soleil. C'étoit la divinité le plus en vogue du côté de Niſibe, & dans ces régions Orientales. Ducenius Phœbus né dans ce pays-là, avoit fait un vœu au Soleil pour le recouvrement de ſa liberté, une viſion ou un ſonge lui fait eſperer qu'il ſeroit affranchi, cela arriva ſelon la viſion, & il accomplit volontiers ſon vœu.

Tibere Claude Thermodore, fils de Tibere ayant fait un vœu au dieu Soleil, à l'invincible Mithras, & ayant obtenu la grace qu'il demandoit, accomplit ce vœu en faiſant au dieu Mithras un antre, accompagné des ornemens convenables. On mettoit le dieu Mithras dans des antres, comme nous avons vû ſur Mithras à la fin du premier tome de l'Antiquité.

Ce fut par l'ordre de Diane que Junianius Amabilis, Sevir Auguſtal, fit ériger un autel à la même déeſſe; c'eſt lui-même qui nous l'apprend, ſans nous dire comment cet ordre lui avoit été ſignifié.

On ne finiroit point ſi on vouloit mettre toutes les eſpeces de vœux qu'on remarque ſur les marbres. La matiere eſt des plus vaſtes : ce que je viens d'en dire en donne une idée ſuffiſante. J'en ajoûterai ſeulement un qui frappe par ſa

---

rum beneficia expertos arbitrantur, *ſic deo magno æterno Lucius Statius Diodorus quod ſe precibus compotem feciſſet* (*ſic*) *votum ſolvit Lubens merito.* Gruter XVII.

Deo Fulgeratori aram & locum religioſum ex Haruſpicum ſententia Quintus Publicius Fronto poſuit & dedicavit. Erant Haruſpices Sacerdotum genus, qui victimas cæſas ſtatim explorantes ex motu inteſtinorum & membrorum hariolabantur. Hoc genus Vatum & Sacerdotum ex Hetruria venerant. Quod poſt victimæ inſpectionem proferebant, oraculi loco habebatur. Oraculi tamen vox hic non occurrit, neque fortaſſe unquam pro hujus generis vaticinatione adhibita fuit. Inſcriptio autem alia partim græca, partim latina, indicat votum emiſſum Jovi patrio ex oraculo. Sic autem habet Gruter XXI. ΔΙΙ ΠΑΤΡΙΩΙ ex oraculo.

Ex viſu ſolutum fuit votum ſequens, quod in marmore quodam Romano exprimitur hoc pacto Gruter XXXII. *Soli Sacrum Caius Ducenius Caii Libertus Phœbus filius Zenonis natus in Syria Niſibyn liber factus Romæ ex viſu votum ſolvit lubens merito.* Sol circa Niſibyn & orientales illas regiones numen præcipuum habebatur. Ducenius vero Phœbus ex Syria oriundus votum Soli ſolvendum ſuſceperat ſi libertatem recuperaret, ex viſu autem de illa obtinenda certior factus, deindeque conſequutus illam, votum ſolvit.

Soli invicto Mithræ Tiberius Claudius Tiberii filius Thermodorus Speleum cum ſignis et . . . . cæteriſque, voti compos dedit. Mithras in antris & ſpelæis locabatur, ut vidimus cum de Mithra pluribus ageretur in fine primi Antiquitatis explanaræ tomi. Gruter P. XXXIV.

Dianæ Junianius Amabilis Sevir Auguſtalis C.V.T. ex juſſu ipſius lubens merito. Gruter XL. Non indicat ſcilicet Junianius Amabilis quo pacto Diana juſſum ſibi ſignificaverit. Tres porro litteras C.V.T. interpretatus eſt Jos. Scaliger *curavit uſus titulo*, quam lectionem vix probare poſſim, ſed aliam huic ſubſtituendam non ad manum habeo.

Nullus eſſet finis, ſi omnia votorum genera quæ in marmoribus & in monumentis occurrunt recenſere vellemus : argumentum enim vaſtiſſimum ampliſſimumque eſt. Quæ præmiſimus ad noti-

ſingularité, & qui m'eſt venu trop tard pour le mettre dans une des planches qui regardent les vœux. C'eſt M. Fritſch qui m'en a communiqué l'eſtampe dont je vais faire la deſcription : c'eſt un navire repréſenté dans un bas relief. Il a vers la pouppe un gouvernail, & des trous ſur les flancs pour les rames qui ne s'y voyent point. A la pouppe on voit une loge telle qu'on la voit dans les triremes de la colomne Trajane. Le vaiſſeau a un pont, ſur le milieu duquel eſt aſſiſe ſur une chaiſe une femme que l'inſcription nous apprend être la mere des dieux. Elle n'a pas ici des tours ſur la tête, qu'on voit ordinairement dans ſes autres images. Hors du navire, & ſur une baſe quarrée eſt une femme voilée, qui ſemble tirer à elle ce vaiſſeau par un lien attaché au haut de la prouë. L'inſcription qui eſt au-deſſous du navire eſt curieuſe, & ſe doit lire ainſi *Matri Deum & navi Salviæ Salviæ voto ſuſcepto Claudia Syntyche dedicavit*. Le ſens eſt que Claudia Syntyché ayant fait un vœu, a dédié ce monument à la mere des dieux, & au navire de Salvia Salvia. De ſorte que le monument qui repréſente la mere des dieux ſur le navire eſt dédié, & à la mere des dieux & au navire enſemble, ce qui eſt aſſez extraordinaire ; c'eſt comme ſi l'on dédioit quelque monument à Jupiter & à ſon temple. Il y a apparence que Syntyché eſt la Prêtreſſe de la mere des dieux, & que c'eſt elle qui tient le navire attaché à un lien, & qui ſemble le tirer vers elle.

Voilà bien des vœux faits en conſéquence de quelque viſion, ou ſonge, ou commandement des dieux. Selon l'opinion commune de preſque tous les Payens, les dieux ſe manifeſtoient aux hommes, ou par le ſonge que les Grecs appelloient *Onar*, ou par quelque réalité, ſoit en ſe montrant eux-mêmes, ou en donnant des marques ſenſibles de leur préſence par quelque merveille, comme quand Æmilia Veſtale accuſée d'avoir par ſa faute laiſſé éteindre le feu perpétuel, invoqua Veſta, & jetta ſa robe de lin ſur un autel où il n'y avoit que de la cendre froide, priant la déeſſe que s'il n'y avoit point de ſa faute, elle fit enſorte que ſa robe s'enflammât dans le moment, ce qui arriva ſelon ſa priere. Les Grecs exprimoient ces deux marques ſenſibles de la préſence des dieux par ce mot *Hypar*. Ils étoient ſi perſuadés que les dieux ſe montroient en ces deux manieres, que Denys d'Halicarnaſſe traite d'Athées les Philoſophes qui le nioient ; ſi pourtant, ajoûte-t-il, on peut donner le

titiam cæterorum aſſequendam ſunt ſatis. Unum tantummodo adjiciam ſingularitate ſua ſpectabiliſſimum, mihique tardius oblatum, quam ut potuerim ipſum in aliqua tabularum vota ſpectantium locare. Inciſam porro ejus imaginem mecum communicavit vir clariſſimus D. Fritſch, cujus hic deſcriptionem aggredior. Navis eſt in anaglypho exhibita ; juxta puppim ejus gubernaculum viſitur ; in lateribus autem foramina remis inſerendis. In puppi caſula quædam conſpicitur quales in triremibus columnæ Trajanæ obſervantur. Supra tabulatum interiora navis operiens, ſedet in ſella mulier, quam docet inſcriptio matrem deûm eſſe, quæ turritam coronam minime geſtat, qualem in aliis iconibus. Extra navim quadratæ baſi inſiſtit mulier velata, quæ navim vinculo à prora alligatam ad ſe pertrahere videtur. Inſcriptio ſub navi poſita ſpectabilis ſane eſt ſicque legitur. *Matri deûm & navi Salviæ Salviæ voto ſuſcepto Claudia Syntyche dedicavit*. Id quod certe inſolens prorſus eſt, cum nempe dicitur monumentum ex voto dedicatum eſſe Matri deûm & navi ; perinde autem eſt ac ſi diceretur monumentum aliquod dicatum eſſe Jovi ejuſque templo. Videtur porro Claudia Syntyche Sacerdos eſſe Matris deûm, & ipſa eſſe Syntyche quæ navim vinculo alligatam ad ſe pertrahit.

En vota quamplurima poſt viſum, aut ſomnium aut juſſum deorum. Erat hæc fere communis omnium profanorum veterum opinio : deos ſeſe hominibus conſpiciendos præbere, aut per ſomnium, ὄναρ Græci vocabant ; aut reipſa, nempe vel ſeſe conſpiciendos exhibentes ; vel præſentiæ ſuæ quædam ſigna dantes per aliquod patratum miraculum, ut cum Æmilia virgo Veſtalis, delata quod ex culpa ſua ſacer ignis ille perpetuus exſtinctus eſſet, narrante Dionyſio Halicarnaſſeo p. 128. Veſtam invocavit, & lineam ſuam veſtem in aram projecit, qua in ara frigidus tantum cinis aderat, deam precata, ut ſi nulla ſua culpa illud accidiſſet, veſtis ſtatim inflammaretur, id quod etiam accidit : haſce ſub ſenſum cadentes præſentiæ deorum notas, Græci per ὕπαρ exprimebant. Uſque adeo autem perſuaſum habebant, deos ſeſe hiſce modis exhibere, ut Dionyſius Halicarnaſſeus p. 128. Philoſophos hoc ipſum negantes ἀθέους appellet, ſi tamen, pergit ille, ii Philoſophi vocandi ſunt, qui deos unquam, vel

nom de Philoſophes à ceux qui ſe mocquent de ces apparitions des dieux arrivées ou chez les Grecs, ou chez les Barbares, & qui tournent en ridicules toutes les hiſtoires de cette nature, prétendant que ce ne ſont que de vaines fictions, & qu'aucun des dieux ne ſe mêle de ce qui ſe paſſe parmi les hommes.

On étoit ſi prévenu de ces apparitions, ou en ſonge, ou en viſion, que chaque Pays, & chaque Ville avoit des hiſtoires de cette ſorte; & il n'étoit pas ſûr de les nier, ou de témoigner qu'on n'y ajoûtoit pas trop de foi. Ciceron qui dans le fonds n'étoit pas des plus crédules, après avoir rapporté pluſieurs exemples des dieux qui s'étoient montrés en l'une ou en l'autre maniere, dit vers la fin du ſecond Livre de la nature des dieux : „ Les apparitions fréquentes des dieux, que j'ai rapportées ci-devant, prouvent qu'ils veillent & „ ſur les Villes, & ſur chaque particulier. Cela ſe prouve auſſi par la connoiſſan- „ ce des choſes futures que pluſieurs reçoivent, ſoit en ſonge, ſoit en veillant. Le „ préjugé étoit ſi grand ſur cet article que pluſieurs croyoient que le monde étoit plein de ces divinités. De-là vient que Quartilia diſoit : „ Notre Pays eſt ſi „ plein de divinités, qui l'honorent de leur préſence, que vous y trouverez „ plus facilement un dieu qu'un homme. „

Les anciens Auteurs ſont pleins de ces ſortes d'apparitions; Pauſanias donnant raiſon pourquoi ceux de Smyrne avoient donné des aîles à Nemeſis; c'eſt, dit-il, qu'elle apparoît ſouvent aux amans, voilà pourquoi on lui a donné des aîles comme à Cupidon. Le préjugé alloit ſi loin, que pluſieurs croyoient que les dieux venoient quelquefois dans les Villes dont ils paſſoient pour les fondateurs; qu'ils converſoient avec les Citoyens, qu'ils étoient préſens aux ſacrifices, & aux grandes fêtes, vûs de tous ceux de la Ville, mais inviſibles aux étrangers; c'eſt ce que rapporte Dion Chryſoſtome en la trente-troiſiéme Oraiſon p. 408.

---

apud Græcos vel apud Barbaros ſic apparuiſſe cum ludibrio negant, atque hujuſmodi hiſtorias ut ridiculas habent; à vanis hominibus confictas. Negant enim quempiam deorum ea, quæ apud homines geruntur, curare.

De viſis & ſomnis hujuſmodi tanta inſidebat in hominum animis opinio, ut quæque urbs, regio quæque hiſtorias ejus generis haberet, quas ſine periculo vel negare, vel in dubium vocare nemo auſus eſſet. Cicero, quem nemo adeo credulum fuiſſe dixerit, poſtquam multa attulerat exempla deorum, qui ſe alterutro modo exhibuiſſent, in fine ſecundi de natura deorum libri ait: *præterea ipſorum deorum ſæpe præſentiæ, quales ſuprà commemoravi, declarant ab his & civitatibus & ſingulis hominibus conſuli : quod quidem intelligitur etiam ſignificationibus rerum futurarum, quæ tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur.* Tantum præjudicata opinio valebat, ut multi crederent orbem numinibus eſſe plenum. Hinc Quartilia dicebat: *noſtra regio tam præſentibus plena eſt numinibus, ut facilius poſſis deum quam hominem invenire.*

Priſci ſcriptores hæc viſa paſſim commemorant: Pauſanias, quærens cur Smyrnæi alas Nemeſi dederint, hæc habet : ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἔρων ἐθέλουσιν, ἐπὶ τούτων Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ ἔρωτι ποιοῦσι, *apparere enim deam aiunt iis maxime, qui amori ſe dediderunt; ideoque illi, ut & Cupidini, alas addunt.* Eo uſque autem id opinionis invaluerat, ut crederent plurimi deos aliquando in eas urbes adventare quarum fundatores habebantur, cum civibus verſari, ſacrificia & dies feſtos præſentia ſua honorare, civium tantum, non externorum oculis patentes, referente Dione Chryſoſtomo Oratione 33. p. 408.



CHAPITRE V.

I. Vœu pour cinq, pour dix, & pour vingt ans, & au-delà. II. Villes d'Asie Grecque, avec des murs & des tours sur la tête.

I. IL se trouve aussi des vœux faits, exprimés dans les inscriptions avant qu'on eût obtenu la chose demandée. Tels étoient ceux qu'on faisoit pour la longue vie des Empereurs, & d'autres semblables qu'on trouve sur
2 les monumens. Le marbre Romain [2] dont nous voyons ici l'image, nous représente des vœux faits pour la santé & la prospérité des Empereurs, tels les voyons-nous souvent sur les médailles de Constantin *le Grand*, & autres. Ce sont des vœux pour dix ans, & pour vingt ans.

II. Originairement ces vœux étoient pour la République Romaine : on faisoit des vœux pour elle, pour sa conservation, pour sa délivrance quand elle se trouvoit dans un état périlleux, après quelque bataille perduë, dans des temps fâcheux & difficiles, quand les ennemis se trouvoient en armes dans les Pays soumis à la République, & que l'on craignoit les suites de la guerre. Ces vœux se faisoient pour cinq ans, pour dix, pour quinze, pour vingt, selon les occurrences, & par rapport à la nécessité présente. On fit des vœux après la bataille de Thrasiméne, pour que la République se trouvât à la fin de la guerre au même état qu'elle étoit au commencement. La coutume étoit, dit Suétone, de faire des vœux pour un lustre, ou pour l'espace de cinq années. On en faisoit aussi pour dix ans. Caius Attilius Seranus Préteur, dit Tite-Live Decad. 3. l. 1. reçut ordre de faire des vœux, qui se devoient accomplir si la République restoit dix ans dans le même état : ce qui marquoit la grandeur du péril où elle étoit. Si la République se trouvant dans le même état au bout de dix ans, étoit engagée à acquitter son vœu, elle l'étoit bien davantage si elle se trouvoit dans une beaucoup meilleure situation, comme effectivement elle s'y trouva. Du temps des Empereurs on faisoit des vœux pour la conservation de celui qui régnoit actuellement. Ces vœux étoient pour cinq ans, ou pour dix, ou pour vingt, quelquefois pour trente, &

CAPUT V.

I. Vota pro decem, pro viginti & pluribus annis. II. Urbes Asiæ Græcæ muris & turribus coronatæ.

I. VOta etiam aliquando occurrunt suscepta tantum & nondum soluta, ut erant illa quæ suscipiebantur pro diuturna Imperatorum vita, & alia hujusmodi, quæ recensere non ita difficile esset. Marmor Romanum [2] cujus hic expressum schema videmus, vota suscepta pro salute Imperatorum tunc rem moderantium, effert, ut quidem arbitror, qualia sæpe videmus in nummis Constantini aliorumque. Hæc vota decennalia vicennaliaque sunt.

II. Ab initio hæc vota fiebant pro republica Romana : pro conservatione videlicet illius, pro liberatione, cum in periculis versabatur, post cladem acceptam, afflictis labantibusque rebus, sive cum hostium exercitus imperii fines invaserat, & de belli exitu sollicita respublica erat. Hæc vota pro quinque annis suscipiebantur, pro decem, quindecim, viginti, ut rerum conditio suadebat. Hujusmodi suscepta sunt vota post cladem ad Thrasymenum acceptam, teste Livio Decad. 3. l. 2. ut respublica eodem statu in fine belli esset, quo initio belli fuerat. In more erat, inquit Suetonius in Augusto, vota suscipere ad lustrum sive quinque annorum spatium. Aliquando etiam decennalia vota erant. Caius Attilius Seranus Prætor, inquit Livius Decad. 3. l. 1. jussus est vota emittere, quæ solvenda erant si respublica eodem in statu per decem annos perseverasset : hincque periculum ingens significabatur. Si porro respublica eodem in statu permanens vota solvere tenebatur, longe magis id obsequii præstare debebat, si meliori in statu foret, ut tunc accidit. Imperatorum tempore vota suscipiebantur pro Imperatore tum regnante ; quæ vota quinquennalia erant, decennaliave, aut vicennalia, imo & tricennalia, atque etiam ad annos usque quadraginta, ut sæpe in

jusqu'à quarante, comme on le voit assez souvent exprimé dans les médailles du bas empire, où les vœux sont quelquefois pour dix, & pour vingt ans, comme on les voit sur ce marbre, *votis decem & viginti*.

III. Ce bas relief paroît d'un trop bon goût pour avoir été fait du temps de la République, où les bons maîtres Sculpteurs n'étoient pas encore venus à Rome ; il a été mis apparemment du temps des Empereurs. On voit sur un piédestail une médaille sur laquelle une femme écrit VOTIS X. & XX. ce sont des vœux pour dix & pour vingt ans ; une autre femme qui a des tours sur la tête comme Cybele, fléchit le genou devant la femme qui écrit, lui tend les mains, & lui présente un rouleau ; c'est peut-être un placet. De l'autre côté du marbre est un jeune homme armé d'une demi pique, dont le fer est cloué au bois avec trois clous : dans un plus grand éloignement est la ville de Rome qui tient un signe militaire, au bout duquel est l'aigle qui a la foudre entre ses serres. Elle porte une espece de bottes ou d'*Ocreæ* qui ne montent qu'au gras de la jambe. Elles couvrent tout, & ne laissent pas voir la chair par intervalles, comme on remarque en plusieurs autres chaussures militaires. Il y a grande apparence que la femme qui a les tours sur sa tête est quelque Ville d'Asie qui vient faire des vœux à Rome, pour la conservation de l'Empereur. C'est tout ce qu'on peut dire de plus vrai-semblable sur un monument où rien ne guide pour sçavoir précisément le dessein de celui qui l'a posé. Nous voyons dans les monumens Romains d'autres femmes, avec des tours sur la tête, qui marquent des Villes. On en voit trois de même à la premiere planche du premier tome de ce Supplément. On en trouve aussi à la planche CXVIII. du troisiéme tome de l'Antiquité. Tous ces monumens sont faits à Rome, ou dans l'Italie, où l'usage de représenter les Villes avec ces tours n'étoit pas bien établi : mais quand il s'agissoit des Villes de l'Orient, ils les exprimoient comme dans le Pays même. Rien de plus commun dans les médailles grecques, que des Villes représentées par des femmes couronnées de tours & de murs.

---

nummis Imperatorum inferioris ævi reperimus, ubi vota sunt pro decem, aut pro viginti quandoque annis, in hoc marmore.

III. Hoc anaglyphum florentis ætatis artem redolet, quapropter non reipublicæ Romanæ tempore factum arbitror; quo præclari illi Græci artifices nondum Romam venerant; sed sub Imperatoribus. Stybolate nixus circulus in numismatis formam concinnatus est: in nummi area scribit mulier VOTIS X. ET XX. Vota sunt pro decem & pro viginti annis. Ante mulierem scribentem mulier altera genu flectit, manusque tendit, & volumen ipsi offert; fortassisque libellus supplex est. In alio marmoris latere est juvenis hasta armatus, cujus ferrum tribus clavis hastæ ligno affixum est; & ad cujus latus, Roma quæ signum militare tenet, cujus culmen est, aquila fulmen tenens unguibus. Ocreas illa gestat ab imo ad mediam usque tibiam pertingentes. Ocreæ autem totam cutem operiunt, neque per intervalla monstrant, ut in cæteris militaribus calceamentis passim observatur. Verisimile certe est mulierem illam turritam, esse aliquam Asiæ urbem, quæ Romam per Legatos venit, ut vota pro Imperatore susciperet. Hæc probabiliter dici posse videntur de monumento, nihil præ se ferente, quod aliam circa auctorem ejusque consilium parere notitiam possit. In monumentis Romanis mulieres etiam alias nonnunquam conspicimus turritas, & muralem coronam capite gestantes, queis significabantur urbes. Tres hujuscemodi cernuntur in prima tabula primi Antiquitatis explanatæ tomi. Alias videre est in Tabula CXVIII. tertii ejusdem tomi. Hæc porro monumenta Romæ & in Italia facta sunt, ubi tamen usus turritarum mulierum pro urbibus significandis non fuisse videtur. Verum Orientales illi urbes, secundum ritum Orientalem repræsentabant. Nihil in nummis Græcis frequentius illis mulieribus turritis muralesque coronas gestantibus, urbesque significantibus.

CHAPITRE VI.

Vœu ſingulier pour Apolauſtus.

Pl. XXXII. LE monument ſuivant eſt remarquable : c'eſt dommage que l'inſcription ne ſoit pas entiere. Je crois pourtant qu'on la peut lire ainſi, & ſuppléer à coup ſûr quelques lettres qui ont ſauté ; mais quelques autres avec moins de certitude. Je lis donc, *Pro incolumitate & ſalute Titi Cicionii . . . . Apolauſti & Caii Fortunati Manubini Collegium Augurum, quod ſecuritati æternæ eſſe voluerunt.* Après Titi Cicionii, la piéce de marbre qui a ſauté avoit ſans doute quelques lettres, comme T. F. ou P. F. *Titi* ou *Publii filii*, ou peut-être le nom de la Tribu exprimée par les lettres du commencement, comme *Pal.* pour *Palatina*, *Vol.* pour *Voltinia*, ou quelqu'autre. Le ſens de l'inſcription eſt, que le College des Augures a fait ce vœu, & ce monument pour la ſanté de Titus Cicionius Apolauſtus, & de Caius Fortunatus Manubinus ; & que le même College ſouhaite que ſon vœu leur donne une ſûreté éternelle. Il eſt fort difficile de connoitre quel rapport peut avoir l'inſcription avec l'image. Nous y voyons un homme nud, qui paroît malade, & derriere lui un autre homme nud plus jeune, qui le ſoûtient de ſes deux mains enveloppées d'un grand drap. L'homme qui eſt ſoûtenu par l'autre, & qui paroît malade, eſt ſelon toutes les apparences Titus Cicionius Apolauſtus, & peut-être que celui qui le ſoûtient eſt Caius Fortunatus Manubinus. Il ne paroît point de doute ſur le premier, & ce qui fait beaucoup pour le ſecond, c'eſt qu'étant dans l'inſcription comme un de ceux pour qui le vœu a été fait, il ſemble qu'il doit avoir été mis dans l'image comme l'autre. A l'autre côté du tableau ſont deux femmes, dont l'une à genoux ſemble mêler dans un grand vaiſſeau des herbes, ou des drogues pour préparer un remede. Elle ſe tourne vers Apolauſtus, lui tendoit une main qui eſt caſſée, tenant toujours l'autre main dans ce grand vaiſſeau qui pourroit être un pannier. Derriere cette femme, une autre qui eſt debout ſemble être attentive à ce qui ſe paſſe. Ce

---

CAPUT VI.

Votum ſingulare pro Apolauſto.

MOnumentum ſequens admodum ſpectabile eſt ; at damno noſtro accidit, ut inſcriptio detruncata ad nos perveniret. Puto tamen illam ſic legi poſſe & quaſdam litteras tuto ſuppleri, cæteras autem non ſine periculo : *Pro incolumitate & ſalute Titi Cicionii . . . . Apolauſti & Caii Fortunati Manubini collegium Augurum, quod ſecuritati æternæ eſſe voluerunt.* Poſt hæc verba, *Titi Cicionii* fruſtum illud marmoris quod excidit aliquot haud dubie litteras continebat ; puta T. F. aut P. F. *Titi Filii*, ſive *Publii Filii* ; aut fortaſſe tribus nomen primis expreſſum litteris, verbi gratia, *Pal.* id eſt Palatina ; *Vol.* ſive Voltinia, vel alia quæpiam. Id autem ſibi vult, ni fallor, inſcriptio : collegium Augurum hoc votum hocque monumentum erexiſſe pro incolumitate & ſalute Titi Cicionii Apolauſti & Caii Fortunati Manubini, idemque ipſum collegium ſummopere deſiderare, ut votum ſuum ſecuritatem ipſis perpetuam præſtet. Difficile ſane eſt aſſequi, quid ſit affinitatis inſcriptionem inter & imaginem. Comparet ibi vir nudus, qui morbo laborare videtur, & pone illum juvenis alius item nudus qui manibus grandi panno obductis priorem ſuſtentat. Vir ille qui ab alio ſuſtentatur, omnino videtur eſſe ille Titus Cicionius Apolauſtus, quem inſcriptio memorat, ac fortaſſe ille alius, qui ipſum ſuſtentat eſt Caius Fortunatus Manubinus. De primo nihil videtur dubii ſubeſſe ; quod autem conjecturæ circa ſecundum propoſitæ multum favere putatur, id ſane eſt, quod cum in inſcriptione memoretur cum Apolauſto, ac ſi votum pro utroque emiſſum ſit, in imagine perinde atque in inſcriptione locum meruiſſe videtur. Ad aliud depictæ imaginis latus duæ mulieres viſuntur quarum altera genibus flexis herbas, ſive pharmaca miſcere videtur, ut medicinam quampiam paret. Ad Apolauſtum verſa alteram ipſi manum porrigebat, quæ injuria temporum collapſa eſt, alteram vero ſemper manum in vaſe, vel fortaſſis in corbe tenet. Pone mulierem illam altera

HONNEUR RENDU À UN PRÊTRE

1



Marbre de Venise

VOEUX

2



Marbre Romain



VOEUX



INCOLVMITATE ET SALVTE T CICIONII
APOLAVSTI ET C FORTVNATI MANVBINI
GIVM AVGVRVM QVOD SECVRITATI AETER
SE VOLVERVNT

Boissard

qu'on peut dire, ce ſemble, de plus raiſonnable ſur cette image, eſt qu'Apolauſtus malade eſt aux remedes; & que le College des Augures a fait un vœu pour le rétabliſſement de ſa ſanté, & de celle de Fortunat qui paroît moins malade que l'autre, puiſqu'il le ſoûtient. Il y a apparence que tous les deux étoient du College des Augures, puiſqu'ils prennent tant d'intérêt à leur ſanté.

---

mulier ſtat, & iis quæ geruntur attendere videtur. Id quod autem magis conſentaneum ad imaginis explicationem proferri poſſe videtur, hoc eſt, Apolauſtus ægrotans pharmacis remediiſque curatur: Collegium porro Augurum votum ſuſcepit pro ejus ſalute & incolumitate, atque medicamentorum felici exitu, nec non pro Fortunati incolumitate, qui minus ægrotare videtur quam Apolauſtus, quandoquidem ipſum ſuſtentat. Veriſimileque eſt ambos ex Collegio Augurum fuiſſe, qui uſque adeo eorum incolumitati advigilant.

CHAPITRE VII.

I. Oreilles votives. II. Vœux de l'ancienne ville de Metz: Combien cette Ville étoit conſidérable. III. Vœu d'un quartier de Metz, appellé la ruë de l'honneur. IV. Vœu de Cornelius Secundus. V. Vœu de Maximien Hercule Empereur. VI. Vœu à Mercure le Négociateur.

I. LA coutume d'offrir à Dieu la figure des membres malades, ſoit pour être délivré du mal, ſoit en action de graces de la guériſon obtenuë; cette coutume, dis-je, eſt des plus anciens temps. Nous en avons un exemple dans le premier livre des Rois, où nous voyons les Philiſtins frappés de Dieu, pour avoir oſé toucher & regarder l'Arche, faire pour obtenir la guériſon, des préſens à Dieu de l'image de la partie malade, repréſentée en or. Cet uſage eſt pieux & légitime lorſqu'on fait ces offrandes au vrai Dieu & à ſes Saints: mais ſuperſtitieux & damnable, quand on a recours aux idoles, ou à des ſorciers, & à des gens qui ſe ſervent de preſtiges pour la guériſon des maladies. Voici deux [1] oreilles votives ou vouées par des gens qui par le ſecours des Dieux, croyoient avoir été guéris du mal d'oreille, ou de la ſurdité. Il ſe peut faire auſſi que c'eſt un vœu fait pour la guériſon, & non en action de graces. Ces deux oreilles étoient dorées; il paroît encore des traces de la dorure, que l'injure du temps a gâtée.

[Margin: PL. après la XXXII. — 1]

CAPUT VII.

I. Auriculæ votivæ. II. Vota veteris urbis Metenſis: Quanta hæc urbs olim eſſet. III. Votum cujuſdam urbis Metenſis regionis, quæ vicus honoris vocabatur. IV. Votum Cornelii Secundi. V. Votum Maximiani Herculis Imperatoris. VI. Votum Mercurio Negotiatori.

I. MOs offerendi Deo figuram ægrotantium membrorum, aut aliqua tabe laborantium, tum ut ſanarentur, tum in gratiarum actionem pro impetrata valetudine; hic mos, inquam, ad vetuſtiſſima pertinet tempora. Exemplum talis conſuetudinis in primo Regum libro exſtat, ubi Philiſtæos videmus à Deo caſtigatos & percuſſos, quod arcam Domini aſpicere tangereque auſi eſſent, Deo offerentes imaginem læſi membri in auro expreſſam, ut ſanitatem impetrarent. Uſus certe pius eſt, quando Deus ipſe verus talibus placandus muneribus aditur, ſed damnandus & impius, quando aut idola, aut ſortilegi, aut præſtigiatores ad bonam impetrandam valetudinem accerſuntur. En duas [1] auriculas votivas, quas ſcilicet voverant ii, qui ſe putabant deorum ope, aut male affectas aures curaviſſe, aut ſurditatem depuliſſe. Fortaſſis votum eſt pro impetranda aurium valetudine, non in gratiarum actionem, oblatum. In ſecundo Antiquitatis explanatæ tomo vidimus oculos, brachia, crura, pedes eadem de cauſa oblatos. Hæ duæ auriculæ inauratæ erant, adhuc veſtigia quædam auri cernuntur, cujus maxima pars injuria temporum excidit.

Les pieds étoient sous la tutele de Mercure, comme nous avons dit au second tome de l'Antiquité, p. 148. les langues étoient encore consacrées à Mercure. Selon ce passage d'Athenée p. 16. „ Anciennement on faisoit après „ le souper des libations à Mercure, & non pas, comme on a fait depuis, „ à Jupiter parvenu à l'âge viril : ils prétendoient que Mercure présidoit au „ sommeil : on lui fait aussi des libations, lorsqu'on se retire après le souper, „ comme à celui qui préside sur les langues. Car les langues lui sont consacrées, parce qu'il fait l'office d'interpréte. προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν· les doigts étoient sous la tutele de Minerve ; l'œil, selon l'opinion des Egyptiens, étoit consacré à Apollon, ou plutôt au Soleil, selon Plutarque. A quel dieu étoient donc consacrées les oreilles ; quelle est la divinité qui les avoit prises sous sa tutele ? Je ne me souviens pas d'avoir encore rien sçu qui puisse nous instruire sur cela.

2 II. Le vœu suivant a été tiré de Metz, grande & puissante Ville sous les Empereurs Romains, comme il est aisé de juger par les inscriptions qui s'y voyent encore aujourd'hui, par les restes des monumens antiques, & sur-tout par cet Aqueduc que nous avons donné entier au quatriéme Tome de l'Antiquité, & dont nous donnerons encore au quatriéme Tome, quelques Arches en grand & éxactement dessinées. Cette Ville avoit plusieurs grandes ruës. Ses monumens nous ont conservé le nom de trois. L'une étoit le *Vicus Sandaliaris*, la ruë des Cordonniers. Il y en avoit une de même nom à Rome, appellée le *Vicus Sandaliarius*, qui étoit à la région 4. de la Ville. L'autre étoit la ruë de la Paix, dont il est fait mention à la planche LXXXV. du premier Tome de ce Supplément dans l'Inscription des déesses Maires. Une autre ruë enfin étoit celle de l'Honneur, dont il est parlé dans cette Inscription.

III. C'est un vœu des Habitans de la ruë de l'Honneur, comme il est dit là-même. Cette inscription se lit un peu différemment dans Gruter & dans Meurisse, qui a fait l'Histoire de Metz. La voici à la maniere & dans l'ordre qu'elle doit être lûë. Le graveur a transposé les deux faces, je remets le tout ainsi. *Jovi optimo maximo in honorem domus divinæ vicus Honoris. Publice posuerunt hi qui infra scripti sunt cura eorum Titus Julius Martialis, Publius Donna. Quintus Giamius Delius & Communis Giamii filius Elvorix Varicilli, Emelus Cintus, M. Macirius Attrectus maniprecium donavi, Terentinus & Peregrinus Illanvisæ filii, Gaius Germinius Corobus, Sextus Elvius Clemens, Publius Attius Anticus, Lucius Vet-*

Pedes sub Mercurii tutela erant, ut diximus in secundo Antiquitatis explanatæ tomo p. 248. linguæ etiam Mercurio sacræ erant, ut inquit Athenæus p. 16. *Olim post cœnam Mercurio libabant, non autem Jovi adulto, id quod postea usu venit, quoniam opinantur Mercurium præesse somno. Libant etiam ei cum post cœnam se recipiunt, ut ei qui linguis præest: linguæ namque ipsi ut interpreti sacræ sunt.*

II. Votum sequens in urbe Metensi repertum fuit. Hæc vero urbs sub Imperatoribus Romanis perampla potensque erat; ut ex inscriptionibus quæ frequentissime ibidem occurrunt arbitrari licet; necnon ex veteribus magnificisque monumentis; maximeque ex aquæductu illo, quem integrum dedimus tomo Antiquitatis explanatæ quarto, cujusque adhuc aliquot arcus majoris formæ in specimina dabimus in hoc Supplemento. Urbs ergo isthæc vicos habebat multos, trium autem hujusmodi vicorum nomina in monumentis servata sunt. Unus erat *vicus Sandaliaris*, cujus nominis etiam Romæ vicus erat Sandaliarius appellatus in quarta urbis regione. Alter erat vicus pacis cujus mentio habetur in Tabula LXXXV. primi tomi hujus Supplementi, inscriptione de deabus Mairabus, tertius demum vicus Honoris erat, de quo agitur in hac inscriptione.

III. Votum est Metensium civium eorum qui vicum Honoris incolebant, ut ibidem dicitur. Inscriptio autem diverse legitur apud Gruterum, & apud Meurissum qui Metensis urbis scripsit historiam. En illam quo ordine modoque legi debet. Sculptor duo inscriptionis latera transposuit, hic autem verus ordo, verus legendi modus est. *Jovi optimo maximo in honorem domus divinæ vicus Honoris. Publice posuerunt hi qui infra scripti sunt cura eorum, Titus Julius Martialis, Publius Donna, Quintus Giamius Delius & Communis Giamii filius, Elvorix Varicilli, Emelus Cintus, Marcus Macirius Attrectus Maniprecium donavi Terentinus & Peregrinus Illanvisæ filii, Gaius Germinius Corobus, Sextus Elvius Clemens, Publius Attius Anticus, Lucius Vettius Dercoledus, Marcus Vettius Mercator.*

tius

tius Dercoledus, *Marcius Vettius Mercator.* Il paroît qu'il y a bien des fautés dans cette inſcription. Gruter a lû différemment en quelques endroits. Après P. DONNA, il ajoûte XI. Au lieu de Delius, il lit BELLUS. Il finit la ſeconde face ainſi, F. MELUS CINTUS M. I. F. *Maniprecium donavi*, ſe trouve de même dans les deux. On ne ſçait ce que c'eſt que *Maniprecium* : on voit bien que cela ſignifie en général quelque préſent. Le ſens de l'inſcription eſt : *A Jupiter très-bon & très-grand : en l'honneur de la maiſon divine ; ceux de la ruë de l'Honneur ont dédié ce monument qui a été poſé par les ſoins de ceux dont le nom eſt écrit ci-deſſous, Titus Julius Martialis, Publius Donna, Quintus Giamius Delius & Communis, fils de Giamius, Elvorix, fils de Varicillus, Emelus, Cintus, Marcus Marcirius Atrectus qui a fait un préſent, Terentinus Corobus & Peregrinus, fils d'Illanviſa, Gaius Germinius Corobus, Sextus Elvius Clemens, Publius Attius Anticus, Lucius Vettius Dercoledus, Marcus Vettius mercator* ou Marchand, ſi *mercator* eſt le nom de ſa profeſſion. La maiſon divine dont il eſt parlé ici, eſt apparemment quelque temple fameux de ces temps-là. Cette expreſſion, *in honorem domus divinæ*, en l'honneur de la maiſon divine, ſe trouve dans d'autres inſcriptions. On la voit dans une de Gruter, qui regarde les déeſſes Maires, données à la fin du premier tome de ce Supplément, on la trouve communément dans les inſcriptions déterrées aux environs du Rhin.

IV. L'autre pierre [3] qui ſuit, eſt auſſi un vœu. Le haut eſt taillé comme une 3
eſpece de fronton d'un temple, où l'on a mis la foudre de Jupiter : l'inſcription a ce ſens : *A Jupiter très-bon & très-grand, à la grande Junon, à Hercule & au Génie du lieu. C'eſt un vœu que Cornelius Secundus a fait pour ſa ſanté & pour celle de toute ſa famille. Gentis ſuæ* ſe pourroit auſſi entendre de toute la nation ; mais l'autre ſens me paroît plus naturel ; *Gens* ſe prend ſouvent chez les anciens Latins pour toute la famille, comme *Gens Fabia*, ſignifie tous ceux qui portoient le nom *Fabius*, la tige & les branches, & de même *Gens Cornelia*, *Gens Furia*.

V. Le vœu ſuivant [4] eſt fait par Maximien Hercule, collegue de Dioclé- 4
tien, qui l'avoit aſſocié à l'Empire. Il le fit apparemment lorſqu'il faiſoit la guerre dans les Gaules, pour l'heureux ſuccès de ſes expéditions qui lui réüſſirent à ſouhait. Il fut victorieux, & les vaincus ſubirent le joug qu'il leur impoſa. Ce vœu eſt au dieu Mercure, qu'il appelle *numen ſanctiſſimum*, une très-ſainte divinité. Maximien eſt ici appellé ſimplement *Herculius* ; il eſt pourtant hors de doute que c'eſt Maximien Hercule. Le mot *Junior*, ne veut pas dire

---

In hac inſcriptione errata quædam eſſe videntur. Gruterus alio modo quibuſdam in locis legit ; Poſt P. DONNA addit XI. pro DELLVS legit BELLVS. Secundum vero marmoris faciem ita terminat, F. MELVS. CINTVS. M. I. F. *Maniprecium donavi* in utroque ſimiliter occurrit. Quid vero ſit Maniprecium non ſat perſpicio : videtur certe aliquod qualecumque munus & donum eſſe. Poſtrema vox Mercator an artis nomen eſt, an nomen proprium ? Domus divina de qua hic ſermo, erat, ut credere eſt, templum illa ætate celebre. Hæc loquendi ratio, *in honorem domus divinæ*, in aliis inſcriptionibus occurrit. In illa etiam Gruteri legitur, ubi de deabus Matrabus mentio habetur, quam circa finem primi hujus Supplementi tomi dedimus. Hæc inſcriptio, *in honorem domus divinæ*, in illis maxime regionibus occurrit, quæ Rheno vel vicinæ vel conterminæ ſunt.

VII. Je prends aussi pour une Isis la statuë suivante, qui ne differe pas beaucoup d'une que nous venons de voir. Elle a sur la tête comme un petit tronçon de colomne ronde. Les hieroglyphes sont ici conformes à ceux que nous avons vûs ci-devant. Le bœuf Apis s'y trouve : ce qu'il y a de particulier ce sont trois croix bien formées posées de niveau sur trois especes de piédestaux, ou de monticules. Voir des croix dans les monumens Egyptiens, cela n'est pas rare. Il y en a de très bien formées dans l'image d'Isis donnée à la planche CVI. du second tome de l'Antiquité : l'on en voit aussi dans la même table Isiaque : mais en voir trois en même ligne & sur le même niveau posées sur des piédestaux ; c'est ce que je n'avois point encore observé : cela est tout nouveau pour moi & peut donner lieu à bien des réflexions. On ne peut pas rapporter cela à la Croix de Jesus-Christ & des deux larrons, ni dire que les Egyptiens ont imité cela de notre Religion. Ces figures-là sont plus anciennes que le Christianisme, & faites même selon toutes les apparences, avant les Ptolemées. Les autres hieroglyphes sont ordinaires, & se trouvent repétés en beaucoup d'autres monumens. PL. XXXVII.

---

quemadmodum Apollo à Sole, Diana à Luna distincta fuit, etsi reapse eadem essent numina. Quod autem mihi esse alium à Serapide suadet, illud est, quod nunquam Serapidem viderim in monumentis pure Ægyptiacis, nihil Græci vel Romani cultus præ se ferentibus, ut hoc est quod jam præ manibus habemus : Serapis quippe vulgo Romani quidpiam aut Græci præ se fert schematis. Cumque aliis doctis viris existimo Serapidem in Ægypto notum non fuisse ante Ptolemæos, ut in secundo Antiquitatis explanatæ tomo probavi. Modius seu calathus quem capite gestat minime probat esse Serapidem, nihil enim præterea habet ad Serapidis formam & cultum accedens, & quod calathi formam habeat illud quod capite gestat, casu accidisse videtur : aliunde vero trita res est Ægyptios deos, eosque antiquissimi cultus, vas aliquod capite gestare. Ex ejus fronte hic quædam ceu cornua erumpere videntur. In mentem subit esse forte Sacerdotem. Et vero Sacerdotem huic vere similem infra dabimus, femoralibus pene iisdem instructum.

VII. Isidem etiam sequentem figuram agnosco, quæ parum differt ab alia quam paulo ante vidimus. Hieroglyphici characteres consimiles sunt iis qui ante conspecti nobis sunt: Hic Apis comparet: Quod autem singulare est : Tres ordine positæ cruces optime efformatæ visuntur, tribus stylobatis seu monticulis impositæ. In monumentis quippe Ægyptiis cruces videre, id vulgare, id tritum est ; Cruces enim habentur in tabula Isidis CVI. secundi Antiquitatis explanatæ tomi, cruces quoque sunt in mensa Isiaca. Sed tres una cruces conspicere & quidem è regione & ordine positas, id certe novum atque mirandum est. Hæc quippe non possunt ad Cruces Christi & latronum referri, neque hinc omnino vel originem sumsisse, vel usurpatas ab Ægyptiis inde fuisse, ut in profana ipsorum mysteria inducerentur. Imo ante Ptolemæos facta fuisse videntur. Alii hieroglyphici characteres vulgati sunt, inque diversis observantur monimentis.

CHAPITRE II.

I. Nouvelle Table Isiaque tirée d'une Mumie. II. Isis qui soutient sur sa tête les quatre Elémens, & sur ses bras toute la Religion. III. Le sein d'Isis avec une Croix de Saint André. IV. Isis assise, étend ses grandes aîles: mystere qu'on tâche de développer. V. Que signifient les deux Sphinx au bas d'Isis.

I. CE grand nombre de figures Egyptiennes mystérieuses, qu'on voit en différens cabinets, & qu'on déterre tous les jours, nous sont souvent impénétrables. Elles n'étoient guere plus intelligibles à la plûpart des Egyptiens : il n'y avoit que leurs Prêtres & peut-être ceux qui étoient initiés à leurs mystéres, qui entrassent dans les secrets de leur Théologie. Ce grand air de mystére donnoit beaucoup de dignité à des points de religion, qui auroient sans doute paru extravagans & ridicules, s'ils avoient été à la portée de tout le monde. Nous avons vû en onze tableaux, dans la table Isiaque, une représentation des mystéres des Egyptiens. Il semble d'abord qu'on voit là d'un coup d'œil, tout ce que les Egyptiens ont imaginé touchant leurs divinités ; & non seulement les tableaux, mais aussi leurs bordures, & sur-tout celle qui regne autour de la table, sont chargées de symboles & d'histoires muettes, de la plûpart desquelles nous ne sçaurions donner raison. Cette table Isiaque semble épuiser tout ce que les Egyptiens honoroient d'un culte divin : on y voit tous ceux qu'ils adoroient sous la pure forme humaine ; ceux qui avoient de l'homme & de la bête, tous les animaux dont la plûpart entroient dans leur religion ; un grand nombre de plantes, que cette nation, la plus superstitieuse de toutes les nations, avoit aussi mises au nombre des divinités. Ce prodigieux détail se voit dans la table Isiaque. Mais les Egyptiens avoient sans doute d'autres tableaux, où ils représentoient leur religion plus briévement & en un autre sens.

PL. après la XXXVII. Voici une autre image qui semble faire un plan général de l'ancienne reli-

---

CAPUT II.

I. Nova Tabula Isiaca ex Mumia. II. Isis capite quatuor Elementa sustentat, & brachiis totam Relligionem. III. Sinus Isidis cum cruce S. Andreæ, ut vocant. IV. Isis sedens magnas extendit alas, quod arcanum explicare conamur. V. Quid significent duæ sphinges sub alis Isidis inferne positæ.

I. INgens ille numerus schematum Ægyptiorum, quæ in Museis habentur, quæque in dies ex terra eruuntur, res ita arcanas persæpe complectuntur, ut vix illas adire & intelligere fas sit. Ne Ægyptiis quoque ipsis intellectu faciliores erant. Unis vero Sacerdotibus, & fortasse iis etiam qui mysteriis initiati erant, datum erat ut in secretam hujusmodi Theologiam penetrarent. Hæc arcanorum affectata ratio multum dignitatis conferebat hujusmodi relligionibus, quæ si in vulgi notitiam venissent, & omnium oculis expositæ fuissent, nugæ & quisquiliæ habitæ fuissent. In Mensa Isiaca, undecim tabellis depicta vidimus mysteria illa Ægyptiaca. Statim credatur illic uno conspectu videri ea omnia, quæ Ægyptii circa numina sua commenti fuerant. Non modo enim tabellæ, sed etiam oræ omnes, maxime vero illa quæ circa totam mensam extenditur, repletæ symbolis sunt mutisque historiis, de quarum plurimis, deque earum significatione ne γρὺ quidem possumus proferre. Tabula illa Isiaca omnia complecti videtur ea, quæ Ægyptii divinis honoribus prosequebantur. Ibi omnes dii, qui humana sub forma ab ipsis colebantur, illi etiam, qui humanam simul formam & ferinam admixtam, habebant, nec non animalia & feræ, quas insana relligio complectebatur : herbarum plantarumque numerus ingens, quas omnium superstitiosissima natio, inter deos suos locaverat. Hæc portento similis caterva in magna illa mensa Isiaca suspicitur. Verum Ægyptii alias haud dubie tabellas habebant, ubi compendio & secundum aliam rationem numina sua repræsentarent.

En alteram tabulam generalem Ægyptiacæ relli-


XXXVII Pl. du Tom. II
ISIS COLOSSALLE
Trouvée à Rome
32
Tom II
37

gion des Egyptiens. Le tableau eſt bien moins chargé de figures que la table Iſiaque, & ſemble pourtant comprendre, quoique plus en abregé, cette Théologie Egyptienne: c'eſt le deſſus d'une mumie qu'on voit à la Bibliothéque des RR. PP. Auguſtins Déchauſſés. Elle m'a été communiquée par le P. Euſtache, qui y occupe ſi dignement la charge de Bibliothécaire. C'eſt une peinture que nous repréſentons ici preſque de la grandeur de l'original. Elle eſt ſur la toile. Après une couche de blanc, on a mis les couleurs, & le tout fait une carte aſſez forte. Malgré le grand nombre de ſiécles écoulés depuis que cette peinture eſt faite, les couleurs n'ont preſque rien perdu de leur vivacité, quoique la mumie ſoit du goût des plus anciens temps, & qu'elle ait apparemment deux ou trois mille ans. Ces mumies ſont ordinairement hiſtoriées & couvertes de toile peinte, où l'on repréſente bien des choſes qui regardent la religion des Egyptiens; des Iſis, des Oſiris, & d'autres dieux qu'ils adoroient, des inſcriptions en caractéres hieroglyphiques, & quelquefois auſſi avec le caractére ordinaire. Nous donnerons plus bas le Calendrier Egyptien, tiré du deſſus d'une mumie & diviſé en douze colomnes pour autant de mois. Tel étoit l'art de cette nation célébre, après trois ou quatre mille ans ces peintures & ces couleurs ſortent de terre auſſi vives que ſi l'on venoit de les mettre.

II. Le fond de l'image à quoi il ſemble que tout ſe doive rapporter, eſt une Iſis aſſiſe ſur ſes talons. Elle a ſur la tête un grand cercle, qui renferme d'autres petits cercles qui ſemblent marquer indubitablement les quatre Elémens, comme nous dirons plus bas. Iſis étend ſes deux bras; enſorte qu'ils occupent toute la largeur du tableau. Les bras ainſi étendus ſoutiennent deux petits tableaux de divinités Egyptiennes: on n'en voit que quatre dans les deux, dont une ſeule a la face humaine. Au-deſſous des bras ſont deux grandes aîles à trois grandes rangées de plumes, qui occupent auſſi toute la largeur du tableau, & ſous les aîles deux ſphinx noires, coëffées de blanc. Voilà le premier coup d'œil.

Cette Iſis aſſiſe ſoutient donc toutes choſes de la tête, des bras, & des aîles; la terre, les élémens, & tout ce qui regarde la Religion. C'étoit là l'opinion la plus commune des Egyptiens; qui diſoient même qu'Iſis étoit toutes cho-

---

gionis, quam totam complecti videtur. Illa autem figurarum numerum longe minorem præ ſe fert, quam menſa ipſa Iſiaca, videturque tamen, quaſi compendio illam ipſam totam relligionem comprehendere. Eſt vero in operculo mumiæ jam in Bibliotheca RR. PP. Auguſtinianorum diſcalceatorum. Illam mecum communicavit Reverendus P. Euſtachius, qui digne ibi Bibliothecarii munus obtinet. Eſt vero pictura, quàm pene ſecundum archetypi magnitudinem hic repræſentamus. In tela autem depicta fuit, quæ albo primum liquore tincta, deinde colores alios excepit. Hi colores cum tela ſat firmam tabellam efficiunt. Etſi vero à multis retro ſæculis pictura facta fuerit, tamen vividos ſemper colores retinuit, quod in aliis etiam hujuſmodi mumiis obſervatur. Hæc vero Mumia ut & multæ aliæ annorum fortaſſe pluſquam bis millenorum & forte ter millenorum eſt. Hæ mumiæ tela obductæ ſolent eſſe: tela, inquam, depicta hiſtoriiſque plena, ubi multa depinguntur ad Ægyptiorum relligiones pertinentia; Iſides, Oſirides aliaque numina ab ipſis culta, inſcriptiones characteribus hieroglyphicis, nonnunquam etiam charactere vulgari. Kalendarium Ægyptiacum infra dabimus, ex mumia quadam eductum, & in duodecim columnas pro totidem menſibus diviſum. Ars tanta erat celeberrimæ iſtius nationis, ut poſt emenſos bis mille & ter mille annos, hæ picturæ, hi colores ex terra educti, perinde vividi ſint, ac ſi nuper appoſiti fuiſſent.

II. Imago præcipua ad quam cætera omnia referenda videntur, eſt Iſis ſedens ſupra talos. Capite vero ſuſtentat circulum magnum, alios minores circulos complectentem, qui quatuor Elementa complecti & ſignificare omnino videntur, de quibus ſermo erit infra. Iſis duo brachia extendit, ita ut totam tabellæ latitudinem occupent. Duo brachia ſic extenſa, duas minores tabulas numinum Ægyptiacorum ſuſtinent: Hæc porro numina quatuor tantum comparent, quorum unum tantummodo, humana præditum eſt facie. Sub brachiis alæ duæ tribus plumarum ordinibus inſtructæ, ejuſdem cujus brachia longitudinis ſunt. Sub alis vero duæ ſphinges, nigræ, ornatu capitis albo. Hic primus eſt tabulæ conſpectus.

Hæc igitur Iſis ſedens omnia ſuſtentat, capite, brachiis, alis ſuis, orbem nempe, elementa, & quidquid ad relligionem pertinet. Hæc communis erat Ægyptiorum opinio; qui etiam dicebant Iſidem omnia eſſe. *Quod Sai eſt templum Minervæ, quam*

ſes. Au temple de Minerve de Saïs, qui paſſoit pour la même qu'Iſis, on voyoit ſur le pavé cette inſcription : *je ſuis tout ce qui a été, qui eſt, & qui ſera : & aucun des mortels n'a encore levé mon peple ou mon voile*; ce qui vouloit dire que perſonne n'avoit encore pénétré dans ſes myſteres. Iſis, étoit, dit ailleurs Plutarque, la nature féminine ou la mere nature, qui contient en elle-même la génération de toutes choſes: ſelon Platon elle nourrit & reçoit tout. Pluſieurs l'appelloient myrionyme, parce que ſe tournant en toute ſorte de formes, & étant ſuſceptible de toute eſpece d'idées, on la pouvoit appeller d'une infinité de noms. C'eſt apparemment pour cela qu'on la voit peinte en tant de manieres, & toutes différentes ſelon les différentes fonctions qu'on lui attribuoit.

Les Egyptiens rapportoient donc tout à Iſis. Elle étoit tout ſelon les uns, elle renfermoit & nourriſſoit tout ſelon les autres. Ici elle porte ſur la tête un grand cercle, qui en renferme d'autres; enſorte qu'il s'en trouve quatre en tout. Le premier & le plus grand cercle eſt blanc, le ſecond bleu, le troiſiéme gris brun, le quatriéme rouge; cela paroît marquer les quatre Elémens; le rouge ſera le feu; le gris brun la terre; le bleu l'eau; le blanc l'air. Le feu eſt au centre, comme celui qui donne la chaleur & la vie à toutes choſes. Il n'y a que ces quatres couleurs employées dans tout ce tableau : ce qui peut avoir ſa raiſon, en ce que ce ſont les quatre Elémens qui compoſent tout le monde. Si le jaune s'y trouve quelquefois, il n'y eſt que pour quelques ornemens & non pour repréſenter les choſes. Iſis porte une coëffe bleuë, qui lui pend ſur la poitrine. Je ne ſçai s'il y a là-deſſous quelque myſtere. Ses deux bras ſont étendus : elle montre le dedans des mains, & replie ſes doigts. Sur ſes deux bras ſont deux tableaux dont les bords ſont bleus & jaunes, & les fonds rouges. Dans le tableau ſoutenu ſur le bras droit, on voit d'abord d'un côté Iſis coëffée de bleu comme la grande Iſis qui eſt au milieu : il eſt aſſez ordinaire dans les images Egyptiennes de voir la même figure revenir deux fois ſur le même tableau. Cette Iſis a d'abord une robe blanche marquée de lignes noires ſur l'épaule : une autre eſpece d'habit brun étroit qu'elle porte, laiſſe voir un pan de la robe blanche, qui paroît être de toile. Iſis tient de ſes deux mains une

Iſidem eſſe putant, inquit Plutarchus de Iſide & Oſiride p. 354. *hanc habebant inſcriptionem*, Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν, id eſt, *ego ſum omne quod fuit, eſt & erit : meumque peplum nemo hactenus mortalium detexit* : quo ſignificabatur mortalium neminem adhuc in ejus myſteria penetraviſſe. Iſis erat, inquit eodem libro pag. 372. Plutarchus, natura fœminina, ſeu mater Natura, quæ rerum omnium generationem in ſe continet : ſecundum Platonem, alit illa recipitque omnia. Multi illam myrionymam appellabant, quia in omnes ſeſe tranſmutans formas & cujuſvis generis ideas in ſe recipiens, innumeris poterat nominibus appellari. Ideoque, ut credere eſt, tot modis & formis depicta occurrit, iiſque variis, ſecundum earum, quæ ipſi attribuebantur, functionum diverſitatem.

Ægyptii ergo ad Iſidem referebant omnia. Omnia erat ipſa ſecundum quoſdam, omnia in ſe continebat & alebat ſecundum alios. Hæc vero circulum magnum capite geſtat, qui alios continet circulos, ita ut quatuor ſimul circuli repræſententur, primus maximuſque circulus, albus eſt; ſecundus, cæruleus; tertius, cinereus obſcurus; quartus, rubeus. Quæ videntur omnino quatuor Elementa indicare : rubeus circulus, ignis erit; cinereus obſcurus, terra; cæruleus, aqua; albus, aer. In centro ponitur ignis, quaſi ſcilicet ipſe foveat omnia, caloremque atque adeo vitam indat. Hi vero quatuor tantum colores in hac myſtica Iſidis pictura adhibentur : id illa de cauſa ſic concinnari potuit, quod quatuor Elementa totum orbem conſtituant. Si autem flavus color aliquando adhibeatur, ad ornatum tantum non ad res exprimendas admittitur. Iſis cæruleo velo tectum caput habet, quod velum ad pectus uſque deſcendit : neſcio autem utrum hac in re quidpiam arcanum lateat. Duo brachia ejus extenſa ſunt, & volas manuum illa monſtrat, quarum plicati digiti ſunt. Ejus brachiis hinc & inde ſuſtentantur tabulæ duæ depictæ, quarum oræ cæruleæ flavæque ſunt, fundus autem picturæ ruber eſt. In tabula illa quæ brachio dextro ſuſtentatur, in altero latere ſtatim videtur Iſis, cujus caput cæruleo velo tectum eſt ut in imagine majore : non inſolitum eſt, in tabulis depictis Ægyptiacis, eamdem ipſam perſonam bis ibive repræſentari. Iſis hæc veſte induitur alba, nigris diſtincta lineis ad humeros. Veſtimento item alio nigricante tegitur, ita ut veſtis albæ extrema pendentia cernantur : hæc porro alba veſtis ex tela videtur eſſe confecta. Iſis vero faſciam complicatam manibus tenet, quæ faſcia ſuperne ceu

bande

bande pliée en deux, dont le pli fait au-dessus des mains une espece d'anneau. L'habit de l'autre figure du même tableau, & des deux du tableau opposé, est tout-à-fait semblable à celui-ci : elles tiennent la bande en la même maniere ; mais les têtes sont très-différentes, & les trois représentent des animaux. La figure qui occupe l'autre côté du tableau a la tête du Cynocephale, telle que nous l'avons donnée à la planche CXXIX. du second tome ; elle regarde Isis qui est de l'autre côté. Entre les deux est une espece de colomne qui pourroit être un autel, sur lequel on voit comme des vases ronds, qu'il est malaisé de distinguer, tant cela est mal formé. Le tableau de l'autre côté est sur le bras gauche d'Isis. On y voit la même espece d'autel que ci-devant. Le dieu qui est à l'un des côtés est Osiris à tête d'épervier ; car on le représentoit ainsi, dit Plutarque. Au côté opposé est Anubis à tête de chien.

III. Isis porte donc ici sur sa tête les quatre Elémens, disposés en cercle ou peut-être en globe, coupé par le milieu pour en faire voir la disposition : c'est-à-dire, qu'elle soutient toute la nature : elle porte aussi sur ses bras toute la Religion, marquée par les principaux dieux. Chacun de ces dieux avoit rapport à Isis. Il ne faut donc pas s'étonner si le culte d'Isis étoit si général dans l'Egypte. Après la tête & les bras d'Isis vient le sein de cette déesse, qui paroît nud, & est marqué d'une croix de Saint André : on remarque de même cette forme de croix sur le corps d'Osiris, dans l'autre image de cette planche. La croix se voit assez souvent entre les mains des dieux Egyptiens comme nous venons de voir, & comme nous avons dit au second tome de l'Antiquité p. 277. & ailleurs : au dessous de cette croix de Saint André, le corps d'Isis est peint en petits carreaux de bleu, rouge & brun, avec quelque sorte de de symmétrie : Il semble que ce ne sont que des couleurs appliquées sur la chair ; ou si c'est un habit, il est extrêmement juste au corps. Ces couleurs régnent jusqu'à la cheville du pied.

IV. Sous les bras étendus d'Isis, sont de grandes aîles qui vont de chaque côté jusqu'à l'extrémité du tableau. On y voit d'abord quatre rangées de ces petites plumes qui sont au plus haut des aîles comme un duvet. Les premieres sont bleuës, les secondes rouges, les troisiémes bleuës, les quatriémes brunes. Ensuite viennent trois rangées de grandes plumes : la premiere ran-

---

annulum efficit. Altera hujus tabulæ figura, necnon duæ aliæ in opposita tabula eodem prorsus cultu vestituque indutæ sunt, fasciamque tenent omnes eodem prorsus ritu. Sed capita omnino differunt, tria enim animalium & capita & rostra habent. Alia persona hanc priorem tabulam occupans caput habet Cynocephali, qualem dedimus in tabula CXXIX. secundi tomi Antiquitatis explanatæ. Cynocephalus Isidem respicit in altero positam latere. Inter ambos ceu columna quædam visitur, aut fortassis ara, cui imposita sunt quædam vasa, quæ internoscere admodum difficile est, usque adeo sunt rudi penicillo delineata. In opposito latere tabula depicta brachio Isidis sinistro visitur. Eadem ipsa ibidem ara visitur quæ in præcedenti tabula : in altero latere Osiris stat cum accipitris capite. Sic autem ille, Plutarcho de Isid. & Os. teste, repræsentabatur, huic oppositus est canino capite Anubis.

III. Isis ergo quatuor Elementa capite gestat, in circulum disposita, imo fortassis in globum, qui conspectus causa sectus sit ; quo significatur ab illa naturam totam sustentari ; brachiis item portat relligionem totam præcipuorum deûm figuris significatam. Dii vero singuli ad Isidem aliqua ratione referebantur : quid ergo mirum si tantus esset in Ægypto Isidis cultus ? Post caput & brachia Isidis, infra videtur pectus illius, nudum, & sancti Andreæ, ut vocant, cruce notatum : eadem quoque crucis S. Andreæ forma observatur infra in hac ipsa Tabula supra pectus Osiridis defuncti. Crux sæpe in manibus Ægyptiorum deorum cernitur, ut modo vidimus, utque diximus in secundo Antiquitatis explanatæ tomo p. 277. atque alibi. Sub illa sancti Andreæ cruce corpus Isidis quadratis tabellulis opertum est, cæruleis, rubris, nigricantibus cum symmetria quadam concinnatis. Videntur autem hic colores in cute positi ; aut si vestis sit, ea admodum angusta & arcte corpori aptata est. Colores autem illi varii ad usque malleolos pedum pervadunt.

IV. Sub brachiis Isidis extensis, alæ sunt grandes quæ ex utraque parte ad extremam tabulam pertingunt. Statim autem conspiciuntur quatuor ordines plumarum illarum tenuium molliorumque, quæ in extremis avium alis observantur : Primæ cæruleæ sunt, secundæ rubræ, tertiæ cæruleæ, quartæ nigricantes. Deinde sequuntur tres magni penna-

gée eſt de plumes brunes ſur un fond jaune ; la ſeconde, de plumes rouges ſur un fond bleu ; la troiſiéme, de plumes bleuës ſur un fond blanc. Voilà bien du myſtére : Iſis aſſiſe ſur ſes talons étend ſes bras ; à quoi bon ces grandes aîles étenduës : à quoi peuvent-elles ſervir à Iſis aſſiſe ? Iſis étant ici priſe pour la nature, il ſemble qu'on peut dire qu'elle eſt aſſiſe pour marquer la ſtabilité de l'Univers, & qu'elle étend ſes grandes aîles, pour marquer le mouvement perpétuel qui s'obſerve dans ſes parties ; mouvement qui ne trouble jamais l'ordre, & qui ſert même à le ſoutenir toujours dans le même état. C'eſt ce qu'il ſemble qu'on peut dire de plus ſolide. Les Prêtres & les initiés Egyptiens, l'expliquoieut peut-être autrement ; mais s'il faut s'en tenir à ce qu'en diſent pluſieurs Auteurs cités dans le traité de Plutarque, ſur Iſis & Oſiris, les Prêtres ne s'accordoient guere entr'eux dans l'explication de ces myſteres : entre les différens ſens qu'ils donnoient à ces énigmes, on en remarque un phyſique qui conſiſte à rapporter tout aux opérations de la nature, qui étoit Iſis ; & un autre moral du moins en partie, qui regardoit les deux principes, l'un du bien & l'autre du mal ; le principe du bien étoit Iſis, Oſiris & les autres divinités bienfaiſantes ; le principe du mal étoit Typhon.

V. La grande image d'Iſis que nous donnons ici, renfermoit ſans doute bien des ſens myſtérieux : c'eſt apparemment pour cela qu'on a mis au bas de l'image deux Sphinx qui ſont un regard ; l'un eſt devant les genoux, & l'autre devant les pieds d'Iſis. On mettoit, dit Plutarque p. 352. des Sphinx devant les temples, pour marquer que la Théologie Egyptienne étoit énigmatique, & difficile à expliquer. Ces deux Sphinx ont le viſage & le corps noir, & ſont coëffés de blanc. Il pourroit encore y avoir du myſtere là-dedans ; mais quel Oedipe en donnera l'explicaion ? Peut-être les a-t-on peints noirs, parce qu'on les faiſoit ordinairement de Baſalte, qui eſt un marbre noir. Il y a dans le cabinet de cette Abbaye la tête d'un Sphinx d'un très-bon goût, qui eſt auſſi de Baſalte. Il eſt auſſi à remarquer que devant les deux Sphinx il y a deux trous faits exprès & dès le commencement, dont l'un ſe termine aux genoux d'Iſis, & l'autre à ſes pieds & à ſon dos. Ces trous faits à deſſein & dès l'origine, ſont exprimés par les blancs qui reſtent ſur la planche. On voit en

---

rum ordines, primi ordinis pennæ nigricantes ſunt, in fundo flavo, ſecundæ rubræ in fundo cæruleo ; tertiæ cæruleæ in fundo albo. Hæc porro omnia myſteria eſſe videntur : neque enim caſu ſic poſita eſſe puto, apud Ægyptios enim in arcanis omnia erant, neque fortuito, & ut res ſeſe ad manum dabant, ſic eas concinnabant ; ſed omnia illi ad myſteria ſua referebant. Iſis ſedens brachia extendit talis tamen ſuis inſidens & immota manens. Cur ſedentis Iſidis extenſæ alæ ſunt ? Cui vero uſui extenſæ alæ ſunt ei quæ immota maneat ? Cum Iſis hic naturam ſignificet, dici poſſe videtur. Iſi ſem ſedere, ut ſignificetur univerſi ſtabilitas, alaſque extendere, ut indicetur motus ille perpetuus qui in ejus partibus obſervatur ; motus, inquam, qui ordinem nunquam perturbat, imo qui ad eum eodem in ſtatu continendum conducit. Nihil, ut puto, ad rem licet arcanam explicandam accomodatius afferri poteſt. Sacerdotes Ægyptii atque ii qui myſteriis erant initiati alio fortaſſe modo rem explicabant. Verum ſi ſtandum plurium ſcriptorum dictis, qui à Plutarcho in medium afferuntur in libro de Iſide & Oſiride, ſacerdotes ipſi in explicandis hujuſmodi arcanis inter ſe minime conſentiebant. Inter varia autem ſenſa queis ænigmata illa ſolvebant, phyſicum erat illud, quo omnia ad naturæ operationes referebant, quæ natura ipſa eſt Iſis ; aliud vero morale erat, quod ad duo principia ſpectabat, alterum boni, alterum mali ; omnis boni principium erat Iſis & Oſiris ; mali vero Typhon.

V. Magna illa Iſis quam hic proferimus, ænigmata haud dubie multa complectebatur. Ideoque Sphinges duæ ſub alis Iſidis in ima tabula exhibentur : hæ duæ Sphinges adverſos mutuos habent vultus ; alia ante genua, alia ante pedes Iſidis eſt. Sphinges, inquit Plutarchus p. 352. ante templa ponebantur, ut ſignificaretur religionem Ægyptiacam ænigmaticam & explicatu difficilem eſſe. Ambæ vero Sphinges & corpus & vultum nigrum habent, ornatum vero capitis album. Et hic fortaſſe arcanum quidpiam ſubintelligendum ; ſed quis Oedipus arcana hujuſmodi aperuerit ? Fortaſſis etiam nigræ depictæ fuerunt, quia ut plurimum ex baſalte fieri ſolebant : baſaltes autem marmor eſt nigricans. In hujus Cœnobii Muſeo caput Sphingis eſt elegantiſſimum ex baſalte factum. Notandum inſuper eſt ante Sphinges duo eſſe foramina ex industria, & à principio facta, quorum aliud ad genua uſque Iſidis continuatur, aliud ad uſque pedes, atque dorſum, data opera, ut dixi, & à principio

core des trous ſemblables devant & derriere la tête d'Iſis, & le globe qu'elle porte. Il y a là peut-être encore quelque myſtére qu'on n'oſeroit tenter de développer. Je ne parle pas de certains ornemens qu'on voit autour du tableau, & qui pourroient avoir auſſi leur myſtére ; car dans ces monumens Egyptiens il faut être en garde ſur tout.

ſunt facta, quodque album in tabula his in partibus relinquitur, eorum & figuram & ſpatium exprimit. Similia quoque foramina conſpiciuntur ante & poſt Iſidis caput globumque capiti impoſitum. Et hic fortaſſe aliquid arcani latet, quod revelare quis auſit & poſſit ? Non loquor de quibuſdam ornamentis circum tabulam appoſitis & depictis, & quæ forte quædam complecti myſteria poſſent ; in his enim monumentis Ægyptiacis, ſemper cum ſuſpicione myſterii procedendum.



CHAPITRE III.

I. Le corps d'Oſiris mort, étendu ſur un banc qui a la forme d'un lion. II. Cette image qui n'avoit pas été remarquée, ſe trouve pluſieurs fois. III. Hiſtoire de la mort d'Oſiris ſelon Diodore de Sicile. IV. La même hiſtoire ſelon Plutarque.

I. L'Autre image tirée de la même mumie, reveille auſſi nos attentions ; je ne ſçai ſi elle a jamais été obſervée ; c'eſt un corps mort étendu ſur un lion, ou plutôt ſur un banc qui a la tête, la queuë, les pieds & les griffes d'un lion. Ce corps eſt vêtu à-peu-près comme les figures Egyptiennes des deux petits tableaux appuyés ſur les bras d'Iſis, que nous venons de voir. Une eſpece de capuchon bleu lui couvre la tête & les épaules, un habit brun le couvre enſuite juſqu'aux pieds : il a ſur la poitrine une croix de ſaint André, pareille à celle que nous avons vûë ſur la poitrine d'Iſis. Anubis avec ſa tête de chien, eſt auprès de ce corps, lui met une main ſur la poitrine, & leve l'autre main vers le Ciel, comme s'il menoit un grand deuil ſur ce corps mort. A la tête & aux pieds du mort, ſont deux femmes qui reſſemblent à deux Iſis. Elles élevent une main vers le Ciel, & paroiſſent nuës juſqu'à la ceinture, revêtuës de la ceinture en bas d'une eſpece de cotillon de couleur brune, & elles portent ſur la tête chacune un vaiſſeau de forme particuliere. Sous le lion

CAPUT III.

I. Corpus Oſiridis mortui extenſum in ſcamno, cujus forma eſt leonis. II. Hæc imago nondum, ut puto, obſervata, non infrequenter occurrit. III. Hiſtoria mortis Oſiridis ſecundum Diodorum Siculum. IV. Eadem hiſtoria ſecundum Plutarchum.

I. ALtera imago ex eadem mumia educta, ad novam nos rerum perquiſitionem excitat. Neſcio autem utrum obſervata unquam fuerit. Cadaver eſt extenſum ſupra leonem, ſeu potius ſupra ſcamnum ad formam leonis concinnatum, ubi caput, cauda, crura, pedes, ungulæ, demum omnia leonina obſervantur. Corpus autem illud mortuum, iiſdem eſt fere veſtibus indutum, queis figuræ aliæ Ægyptiacæ in tabulis ſupra brachia Iſidis poſitis, quas modo videbamus. Quidnam ceu cucullus cæruleus ejus caput operit & humeros. Veſtimentum inde coloris nigricantis corpus ejus ad uſque pedes operit. Crucem S. Andreæ, ut vocant, ad pectus habet depictam, qualem ferme vidimus in pectore Iſidis. Anubis prope cadaver ſtat ; manum ipſius pectori imponit, alteramque manum verſus cœlum extendere videtur, ac ſi luctu magno ob defuncti vicem teneretur. Ad caput & ad pedes mortui duæ ſunt mulieres, quæ duæ Iſides eſſe videntur : manum vero ad cœlum extendunt, nudæ ad zonam uſque videntur eſſe, à zona autem inferne nigricantis coloris crocotulam habent. Sub leone qua-

ſont quatre Canopes, dont le premier a la tête d'homme, le ſecond celle d'un animal peu reconnoiſſable, le troiſiéme a la tête d'un épervier, le quatriéme celle d'un autre oiſeau ou de quelque animal. On ne le voit qu'à demi, parce qu'il eſt un peu caché ſous la cuiſſe du lion.

II. Reſte à expliquer cette image, que j'avoue n'avoir pas bien entenduë d'abord. Ce n'eſt qu'à force d'en trouver de ſemblables, que je ſuis enfin parvenu à comprendre ce que cela pouvoit être. J'en ai mis une au cinquiéme tome de l'Antiquité, à la planche des Pyramides d'Egypte. On voit là un corps mort étendu ſur un lion comme ici, ou plutôt ſur un banc qui a la tête, les pieds & la queuë du lion: Anubis embraſſe ce corps mort: je n'en ai donné aucune explication, croyant qu'il valoit mieux n'en point donner du tout, que d'en hazarder quelqu'une, que des monumens nouvellement découverts obligeroient dans la ſuite à rejetter. J'en remarque une autre dans la bordure du deſſous de la table Iſiaque pl. CXXXVIII. du ſecond tome, & encore une autre plus ſinguliere à la planche du Calendrier Egyptien, qu'on verra plus bas. Dans celle de la table Iſiaque l'homme étendu ſur le lion eſt couché ſur le ventre, & hauſſe la tête comme une perſonne vivante. Au-deſſous du lion ſont trois Canopes, le premier a la tête d'homme, le ſecond a la tête d'épervier, & le troiſiéme a la tête d'un animal qu'on ne peut reconnoitre. Au-deſſus de l'homme couché, on voit des aîles attachées à un globe: ce qui eſt ordinaire dans la table Iſiaque, & ſur la tête du lion une croix bien formée. Pignorus a cru que cet homme couché étoit le petit Orus, & ſemble avoir pris pour un Sphinx ce lion ſur lequel il eſt couché; mais les autres images ſi ſemblables à celle-ci, ne nous permettent pas de douter que ce ne ſoit un mort étendu ſur un lion. Si dans la table Iſiaque il a la tête levée, cela ne dit pas qu'il ſoit vivant, on l'a mis ainſi ou par par caprice, ou par quelque raiſon qui nous eſt inconnuë. Pour le reſte il eſt tout enveloppé, & a les mains cachées comme un mort. Nous verrons plus bas la même image dans un Abraxas: mais avec des particularités remarquables, & qu'on n'obſerve pas dans les autres. Voilà donc déja la quatriéme image qui repréſente la même choſe, Oſiris mort étendu ſur un lion.

---

tuor ſunt Canopi, quorum primus caput hominis habet, ſecundus animalis caput, quod vix internoſci poſſit, tertius caput accipitris, quartus avis aut animalis cujuſpiam, hic vero poſtremus, à leonis crure partim obtegitur.

II. Jam explicanda hæc imago eſt, quam me fateor principio non intellexiſſe, ſed aliis deprehentis huic ſimilibus, demum ad rei qualemcumque notitiam perveni. Aliam poſui ſimilem in quinto Antiquitatis explanatæ tomo in Tabula Pyramidum Ægyptiacarum; ubi cadaver ſupra leonem extenſum, ut hic conſpicitur, ſeu ſupra ſcamnum caput, pedes, caudam leonis habens: Anubis corpus illud mortuum amplectitur. Nullam autem explicationem emiſi, quod putarem prudentius me facturum ſi rem ignotam ſilentio præterirem, quam ſi de illa cum periculo errandi temere quidpiam proferrem, quod poſtea novis accedentibus ejus generis monimentis repudiare cogerer. Aliam ſimilem deprehendi in ora infima menſæ Iſiacæ, Tabula CXXXVIII. ſecundi Antiquitatis explanatæ tomi, & alia ſpectabilior eſt in tabula Calendarii Ægyptiaci, quæ infra dabitur. In illa autem quam exhibet menſa Iſiaca, vir ille ſupra leonem extenſus pronus jacet & caput tamen erigit ac ſi viveret. Sub leone tres ſunt Canopi. Primus caput hominis habet, ſecundus accipitris, tertius cujuſpiam ignoti mihi animalis. Supra hominem illum decumbentem alæ viſuntur globo affixæ, quod frequentiſſimum eſt in menſa Iſiaca. Supra caput autem leonis crux eſt optime delineata. Pignorus lib. de menſa Iſiaca p. 78. putavit hominem illum decumbentem Orum eſſe puerum, & leonem in quo decumbit pro ſphinge habuiſſe videtur: Verum aliæ imagines huic adeo ſimiles, nullum relinquunt dubitandi locum, quin ſit cadaver mortui extenſum ſupra leonem. Si in Tabula Iſiaca caput erigit, non inde ſequitur ipſum eſſe viventem. Ita namque poſitus fuit, vel ex mero arbitrio, vel ob quamdam nobis ignotam cauſam. De reliquo autem obvolutus totus eſt, manuſque obtectas habet ut mortuus. Infra porro eamdem ipſam imaginem videbimus in Abraxæo ſchemate, ſed ſingulari alternatam modo ab aliorum ſchematum ritu diverſente. En itaque jam quartam imaginem idipſum referentem, nempe Oſirin mortuum ſupra leonem extenſum.

III. Oſiris, dit Diodore, régnant avec juſtice & ſelon l'équité des loix, Typhon ſon frere, homme violent & impie, le tua, diviſa ſon corps en vingt-ſix parties, qu'il diſtribua à autant de conjurés, pour les engager par-là, en les rendant également coupables, à le maintenir dans la poſſeſſion du Royaume d'Egypte qu'il uſurpa. Mais Iſis femme & ſœur d'Oſiris, & Orus leur fils, tirerent vengeance de ce crime, & firent mourir Typhon avec ſes conjurés. Iſis ramaſſa enſuite toutes les parties du corps de ſon mari, hors celles que la pudeur cache. Elle fit faire avec de la cire & des aromates une ſtatuë de la taille d'Oſiris, la confia à des Prêtres, & les engagea par ſerment de ne jamais déclarer à perſonne le lieu où elle avoit été dépoſée. Cela eſt rapporté bien différemment par d'autres. Selon Plutarque p. 354. quelques-uns diſoient que Typhon pourſuivant un cochon lorſque la lune étoit pleine, trouva une biere de bois où étoit le corps d'Oſiris, qu'il le mit hors de la biere & le jetta διέῤῥιψεν.

IV. D'autres prenant l'Hiſtoire dès le commencement diſoient que Typhon qui dans l'abſence d'Oſiris n'avoit oſé rien entreprendre, parce qu'il régnoit avec trop de vigilance, pour qu'on pût cabaler ni rien faire contre l'Etat, recommença ſes menées après le retour d'Oſiris. Il attira à ſon parti ſoixante-dix hommes, & la Reine d'Ethiopie nommée Aſo, qui vint elle-même à ſon ſecours, & étoit de la conſpiration pour ſurprendre Oſiris, & le faire périr par trahiſon; il fit faire un coffre très-magnifique meſuré ſur la taille d'Oſiris, il l'invita à un repas, & il montra ce coffre à Oſiris & aux autres convives qui étoient de la conſpiration: & comme par divertiſſement il promit de donner cet admirable coffre à celui des aſſiſtans, à la taille duquel il conviendroit, Oſiris ſe mit dans le coffre & s'y coucha, & alors les conjurés y accoururent, y mirent un couvercle qu'ils arrêterent avec des clous & du plomb, & jetterent le coffre avec Oſiris dans le Nil, au canal & à l'embouchure de Tanis, qui fut depuis à cauſe de cela, en abomination; qu'après bien des recherches, qu'il ſeroit trop long de rapporter ici, Iſis trouva le coffre & le cacha. Mais que Typhon chaſſant la nuit à la clarté de la lune, trouva le corps d'Oſiris, le tira du coffre, le coupa en quatorze parties & les diſperſa

III. Oſiris, inquit Diodorus Siculus l. 1. cum ſecundum juſtitiam & legum æquitatem imperium moderaretur à Typhone fratre ſuo, violento impioque homine, trucidatus eſt. Typhon fratris corpus viginti ſex in partes diviſit, quas totidem conjuratis diſtribuit, ut hoc pignore vinctos, & quaſi cædis conſortes ad uſurpati ab ſe regni defenſionem obſtringeret. Verum Iſis Oſiridis ſoror & conjux, & Orus utriuſque filius, hoc ſcelus ulti ſunt, & Typhonem conjuratoſque peremerunt. Iſis vero poſtea partes omnes corporis ejus collegit præter eas quæ pudor obtegere jubet. Deindeque ex cera & aromatibus ſtatuam ad Oſiridis menſuram efformari juſſit, quam ſacerdotibus commiſit ad jurandum coactis, ne cuipiam revelarent quo arca loco poſita fuiſſet. Alii autem longe diverſo modo rem narrant. Dicebant quidam teſte Plutarcho eodem libro p. 354. Typhonem cum plena luna ſuem perſequeretur, repeniſſe ligneam arcam, in qua Oſiridis corpus jacebat, idque disjeciſſe διέῤῥιψε.

IV. Alii rem à principio narrantes dicebant, inquit idem ſcriptor p. 357. Typhonem, qui abſente Oſiride res novas moliri non eſſet auſus, quod Iſis magno ſtudio & attentione ſibi caveret: reverſo inſidias ſtruxiſſe, adſcitis in conjurationem viris ſeptuaginta duobus, & conatum adjuvante Regina Æthiopiæ, quæ ad ipſum ſe contulerat præſenſque erat: huic autem Reginæ nomen Aſo erat. Typhonemque ſtaturæ Oſiridis menſuram nactum ad magnitudinem ejus arcam apparaſſe elegantem, egregieque ornatam, eamque in convivium intuliſſe. Quam cum convivæ cum voluptate & admiratione conſpiceretur, per jocum promiſiſſe Typhonem ſe dono arcam illi daturum, qui incluſus menſuram ejus exæquaret. Cum omnes periculum feciſſent, ad neminemque quadraret, Oſirim in eam ingreſſum decubuiſſe; ibi eos qui intereant accurriſſe, & operculum arcæ injeciſſe, & cum eam clavis externe & liquido plumbo immiſſo, obſirmaſſent, ad Nilum detuliſſe, ac in mare demiſiſſe per Taniticum oſtium: quod eam ob rem hodie nomінatu abominabile eſt. Ne vero ſingula perſequentes longiores æquo ſimus, Iſis diu multumque perquiſitam arcam invenit, atque occultavit. Typhon autem cum noctu venaretur ad illam arcam incidit, cadaverque in quatuordecim partes diſcerpſit ac diſ-

en différens endroits. Il y avoit plusieurs sentimens touchant le corps & la biere d'Osiris. Plusieurs villes d'Egypte se vantoient de l'avoir, une entr'autres s'appelloit Taphosiris; cela veut dire le sépulchre d'Osiris.

On racontoit mille autres choses touchant la biere & le cadavre d'Osiris, & comme la fable varie sur tout, les opinions étoient fort différentes; ce qui est certain, est que le meurtre, la biere, & les membres d'Osiris faisoient une bonne partie de la mythologie Egyptienne. On représentoit souvent Osiris défunt, & les monumens nous apprennent bien des choses que les Auteurs ne disent point. Le corps d'Osiris déposé sur un banc, qui a la forme d'un lion, Anubis qui embrasse le défunt, ou qui lui met la main sur la poitrine, Isis en deuil sur la mort de son mari; plusieurs Canopes rangés sous le corps d'Osiris: toutes ces choses ne s'apprennent que sur les monumens. En voilà déja quatre; le temps nous en découvrira peut-être bien d'autres.


---

jecit. De corpore ergo deque arca Osiridis varia tradebantur. In Ægypto autem multæ urbes erant quæ se corpus habere Osiridis jactitabant. Inter eas Taphosiris quædam appellabatur, quod nomen sepulcrum Osiridis significat.


Sic millia narrabant de arca, deque cadavere Osiridis, utque mythologia in sexcentas abit sententias, nec constat unquam in narrandi modo; non mirum si de re eadem tam diversa narrarentur. Illud vero certum exploratumque est, Osiridis nempe cædem, arcam, membra, Ægyptiacæ theologiæ partem non spernendam fuisse. Sæpe quoque Osiris defunctus repræsentabatur. Monumenta certe multa docent, quæ tacentur à Scriptoribus. Nam corpus Osiridis in scamno formam leonis habente depositum, Anubis defunctum Osiridem amplectens, aut manum in ejus pectus immittens, Isis de morte conjugis luctum agens; Canopi sub Osiridis corpore ordine positi; hæc, inquam, omnia in multis tantummodo monumentis habentur. Jam quatuor hujuscemodi deteximus: plura, ut credere est, ævum suppeditabit.



ISIS ET



OSIRIS .





CHAPITRE IV.

I. Isis extraordinaire. II. Autre Isis à la grande chevelure. III. Isis à la grande cruche. IV. Isis emmaillotée. V. Figure bizarre Egyptienne.

I. L'Isis du cabinet de M. le premier Président Bon, dont l'original a environ neuf pouces de haut, comprend bien des mysteres, & rassemble en une image ce qu'on voit ailleurs dispersé dans beaucoup d'autres. L'ornement de sa tête est fait à plusieurs étages. Ces grandes cornes qui s'élevent par-dessus tout, marquent apparemment celles qu'elle avoit lorsque selon la fable elle fut métarmophosée en vache. Ici elle n'a que les cornes; mais nous l'avons vûë à la cv. planche du second tome, avec toute la tête de vache sur un corps de femme. Entre ces deux grandes cornes on voit la figure d'un œuf, ce qui pourroit se rapporter à cette ancienne opinion des Egyptiens dont parle Porphyre dans le dernier livre de la Préparation Evangelique d'Eusebe. Les anciens Egyptiens, selon lui, n'adoroient qu'un dieu qu'ils appelloient Cneph, & qu'ils exprimoient symboliquement par un serpent qui tenoit un œuf à la bouche, & cet œuf signifioit le monde dont Dieu étoit le Créateur. Tout cela peut convenir à Isis que les anciens prenoient pour la nature. Nous l'avons vûë ci-devant portant sur la tête les quatre Elémens, & rien n'est plus commun que les monumens où elle porte les symboles de la nature & du monde. Ces grandes cornes sortent d'une espece de couronne, qui a assez l'air du circuit des murs d'une ville qu'on a ci-devant remarquée dans la grande Isis déterrée à Rome, & qu'on observe de même dans la figure qui est auprès. Je n'oserois pourtant l'assurer. Cette coëffure se fait remarquer par sa singularité. Il est beaucoup plus aisé de la comprendre sur l'image que de la décrire. Isis tend les bras d'une maniere affectueuse, comme la mere nature, qui malgré l'inégalité des conditions donne également la vie à ses nourrissons de toute espece. Une espece de cotillon, ou pour mieux dire, des aîles qu'elle porte, s'élargissent de tous côtés de la ceinture en bas. Il semble qu'elle veuille tout PL. XXXVIII.

CAPUT IV.

I. Isis insolitæ formæ. II. Alia Isis ex coma spectabilis. III. Isis amphoram capite gestans. IV. Isis obligata pannis. V. Ægyptiaca figura cultu enormi.

I. ISis illa ex Museo illustrissimi Domini Bon. Monspeliensis Senatus Principis, in archetypo novem circiter pollices regios habet multaque arcana complectitur, atque ea simul concludit, quæ in aliis non paucis dispersa conspicimus. Ornatus capitis varius aliusque alii superinjectus. Cornua illa magna, quæ in altum protensa alia omnia superant, illa forte subindicant quæ gestabit, postquam secundum mythologos in vaccam mutata fuit. Hic cornua tantum comparent: at vidimus eam in secundo Antiquitatis explanatæ tomo Tab. cv. cum toto vaccæ capite muliebri corpori imposito. Inter cornua illa sublimia ovi figura cernitur: id vero posset ad veterem illam Ægyptiorum opinionem referri, de qua Porphyrius apud Eusebium libro ultimo præp. Evang. Veteres Ægyptii, inquit ille, unum deum colebant quem Kneph appellabant, symboliceque exprimebant ut serpentem ovum ore ferentem. Ovum vero mundum significabat à Deo conditum. Hæc possunt etiam Isidi competere, quam antiqui naturam esse existimabant. Modo vidimus illam quatuor elementa capite gestantem; nihilque frequentius monumentis illis ubi illa naturæ & mundi symbola gestat. Cornua autem illa prægrandia ex corona quadam exeunt, quam gestat Isis. Hæc vero corona circuitum mœnium urbis satis refert, qui circuitus murorum in magna Iside Romæ eruta visus est, atque etiam in vicina Iside observatur. Illud tamen affirmare non ausim. Hic certe capitis cultus aspectu facilius, quam descriptione, percipitur. Isis brachia extendit, ac si affectum magnum indicare velit, ut natura mater, quæ nulla habita conditionum ratione vitam omnibus largiter præbet. A zona porro nescio quid tegumenti gestat; quod undique dilatatur, quasi

couvrir comme une poule qui couvre ses poussins. Dans la table Isiaque & ailleurs on voit Isis qui a à la ceinture de grandes aîles qu'elle étend de toutes parts. Ce sont peut-être des aîles semblables que l'ouvrier a voulu faire : cela n'est pas si clair ici que dans d'autres antiques ; mais dans le dessein qu'on m'a envoyé, & que le graveur n'a pas assez bien suivi, les aîles s'y reconnoissent mieux.

II. L'Isis qui vient après, dont l'original a un pied de haut, est remarquable par sa grande chevelure assez semblable à celle de l'Isis colossale, que nous avons vûë ci-devant. Elle semble aussi composée de feuilles, mais plus quarrées par le bas que ci-devant, & a tout l'air d'une grande perruque comme l'autre Isis colossale. C'est cette chevelure qui nous a porté à la mettre ici, pour prouver que la figure colossale dont la perruque est si semblable, est aussi une Isis. Celle-ci allaite le petit Orus, figure ordinaire, & qui se trouve dans un grand nombre de cabinets. Je ne sçai si la tête qui vient après est d'Isis. Ce qui est certain c'est qu'on peignoit cette déesse en bien des manieres. Cette tête est remarquable par sa coëffure & par cet ornement bizarre qu'elle a sous le menton, & que l'on voit assez souvent dans les figures Egyptiennes.

Pl. XXXIX. III. Une autre Isis se distingue sur ce grand théâtre des dieux Egyptiens. Elle a sur la tête une grande cruche de forme extraordinaire. Au lieu d'anse la cruche a de grands bras qui s'étendent à droit & à gauche. Ces cruches aussi-bien que les seaux qu'on mettoit entre les mains de presque tous les dieux Egyptiens, marquoient les eaux du Nil, que cette nation mettoit au rang des divinités. Ces eaux leur fournissoient avec abondance les choses nécessaires à la vie ; raison plus que suffisante en Egypte pour les déifier. La cruche sur la tête d'Isis se voit encore dans la planche CVII. du second tome de l'Antiquité, mais fort différente de celle-ci. Le seau à la main s'y trouve plus souvent. Isis le tient à la planche CX. & à la CXVI. Ælurus ou le Chat à la CXXVII. & le Lion à la CXXIX. avec les Abraxas. Le Lion porte le seau parce que, selon un Auteur Grec imprimé par Estienne le Moyne, l'inondation & l'accroissement du Nil se fait dans le temps où le Soleil est dans le signe

---

omnia operire vellet ut gallina pullos. In mensa Isiaca & alibi Isis conspicitur à zona magnas emittens alas, quas undique extendit. Hic etiam quoque alas prior artifex exhibuere voluerit, etsi non tam clare hic quam in aliis monumentis alæ dignoscantur : at in delineata tabella mihi transmissa alæ melius exhibentur, quas sculptor accurate reddere neglexit.


II. Isis sequens cujus archetypus unum altitudine regium pedem habet, à coma spectabilis admodum est, quæ coma sat similis est ei, quam in Iside colossea illa supra vidimus, vel ex foliis palmæ, vel ex plumis concinnatæ ; sed hic plumæ in ima parte quadratæ sunt. Hæc coma occasio nobis fuit ut illam hoc loco statueremus, ut ex hac probaretur etiam illam colosseam vere Isidem esse, quæ eadem coma gauderet. Hæc porro quam describimus puellum Orum lactat. Isis vero Orum lactans in Museis haud raro reperitur. Nescio utrum caput sequens Ægyptium Isidem etiam referat : exploratum certe est deam illam multis depictam modis fuisse. Hæc à cultu capitis spectabilis est, & ab ornatu illo insolito aliàs, sed apud Ægyptios non infrequenti, qui sub mento visitur.

III. Isis alia in theatro deorum Ægyptiorum singularitate sua ad sui spectaculum evocat. Amphoram illa magnam insuetæ formæ capite gestat. Pro ansis magna habet brachia, quæ ad dextram sinistramque protenduntur. Amphoræ ut & situlæ, quæ in omnis fere Ægyptii dei manu quandoque gestantur, aquas Nili significabant, quem fluvium natio illa superstitiosa deorum numero adscribebat. Aquæ, inquam, illæ ad victum necessaria ipsis affatim suppeditabant, quæ plusquam idonea ipsis erat divinos honores adscribendi causa. Amphora capiti Isidis imposita, videtur etiam in secundo Antiquitatis explanatæ tomo, Tab. CVII. sed amphora illa ab hac multum formâ differt : Situla vero frequentius usurpatur ; exempli causa in manu Isidis Tab. CX. & CXVI. Æluri sive Felis CXXVII. Leonis CXXIX. in Abraxæis figuris. Leo situlam gestat, quia secundum scriptorem quemdam Græcum à Stephano le Moyne cusum, inundatio & incrementum Nili fiebat quo tempore Sol in signo leonis est.

du



XXXVII. Pl. du Tom. II
ISIS
1
2
3
M. le pr. President Bon
33
Tom. II
38



du lion. C'étoit alors que les Egyptiens ouvroient les canaux qui conduisoient l'eau dans les bains publics ; tous les tuyaux par où l'eau couloit avoient la forme du lion.

IV. Bien des gens prennent aussi pour des Isis ces figures emmaillotées, telle est celle qui vient après, que nous donnons de sa propre grandeur, remarquable en ce que ces ornemens sont tous différens des autres, hors la tête, coëffée comme la plûpart des figures semblables, avec cette pointe sous le menton que l'on observe si souvent dans ces sortes de monumens. Au lieu des hieroglyphes & des caractéres Egyptiens qu'on voit dans les autres, ce sont ici des rangées de fleurs dans des bandes circulaires. Le bas de la figure sur le devant est remarquable. C'est un piédestal, sur lequel est une tête d'Isis posée sur de grandes aîles, pareille à une autre plus grande qu'on a vûë ci-devant. Au dessus de cette tête est une machine ronde à plusieurs cercles. Derriere la tête est comme une balustrade à douze fenêtres, qui pourroient bien marquer les douze mois de l'année. La tête cache une partie des fenêtres ; mais on voit bien en comparant ce qu'elle cache avec ce qui est découvert, qu'il doit y en avoir douze. Plus haut sont sur la même ligne sept étoiles qui marquent indubitablement les sept planettes : si l'on examinoit cette image plus à fond, peut-être trouveroit-on encore d'autres notes du temps & de ses parties. Tout cela doit s'expliquer par ce que nous disions ci-devant après plusieurs anciens, qu'Isis passoit pour la nature & pour toutes choses.

Quant à ces figures emmaillotées, dont les bras & les mains ne paroissent pas ; je ne sçai si cela auroit rapport à ces statuës des Juges qu'on voyoit à Thebes, & qu'on appelloit ἄχειρας ou sans mains, dont Plutarque fait mention dans le livre d'Isis & d'Osiris p. 355.

V. Les Egyptiens, dont l'imagination vive se déclaroit par mille inventions bizarres, étoient féconds en images monstrueuses. Telle est cette petite figure cassée par le bas, qui a pour ornement un corps humain, qui semble avoir les bras liés derriere le dos. Au lieu de la tête s'éleve au milieu du tronc une longue pointe.

Tunc Ægyptii canales aquam in balnea publica ducentes aperiebant; tubi in queis manabat aqua, formam leonis habebant.

IV. Non desunt etiam qui Isides esse putent schemata illa fasciis & pannis involuta, ut illa sequens est quam ad archetypi magnitudinem exprimimus, eo spectabilis quod ornamenta ejus differant ab aliis, uno capite excepto, ubi cultus vulgaris cum mento accuminato, id quod in hujusmodi monumentis frequentissime observatur. Pro characteribus hieroglyphicis & Ægyptiis qui in aliis hujusmodi figuris cernuntur, hic florum ordines inter circulares lineas, ultima figuræ pars anterior ad sui observationem non evocat. Quidam ceu stybolates est, cui imminet caput Isidis alis permagnis impositum & hærens, aliam jam supra conspectam referens. Supra caput illud machina est rotunda circulis multis instructa. Pone caput ceu cancelli quidam sunt, duodecim fenestras efficientes, quæ possent duodecim anni menses significare. Fenestrarum partem caput obtegit : sed id quod occultatur cum iis quæ patent oculis conferendo, hunc esse numerum debere deprehenditur. Septem vero stellæ superne positæ septem planetas, vel septem hebdomadæ dies indicare prorsus videntur, & fortassis accuratius rimanti aliæ hic temporum notæ deprehendentur. Hæc porro omnia per ea quæ supra diximus explicari debent secundum veterum sententiam, qui testificantur Isidem pro natura & pro rebus omnibus habitam fuisse.

Hæ figuræ quarum brachia manusque occultantur, nescio utrum referri possint ad illas Judicum statuas, quæ Thebis visebantur, quæque ἄχειρας vel *sine manibus* appellabantur teste Plutarcho de Iside & Osiride p. 355.

V. Ægyptii quorum vivida imaginatio monstris & portentis fecunda erat, portentosas imagines pariebant : cujusmodi est schema illud exiguum imis truncatum partibus, cujus capitis ornatus est humanum corpus ligatis à tergo manibus ; quod capitis loco, virgam oblongam habet in acumen desinentem.

CHAPITRE V.

I. Belle Isis de goût Grec ou Romain. II. Osiris représenté en épervier. III. Osiris de figure humaine.

Pl. XL. I. LA belle Isis qui suit, n'a rien du goût Egyptien. Elle est Grecque ou Romaine, & de bonne main. Elle n'a point de ces habits ou coëffures bizarres, que nous voyons sur les Isis Egyptiennes. Elle est voilée & porte sur le devant de la tête une fleur. Sa tunique lui descend jusqu'aux pieds, & sur la tunique on voit un autre habit qui va jusqu'au bas de la jambe; & par-dessus tout cela une espece de mante qu'elle rejette sur le derriere. On n'a jamais vû d'Isis mieux fourrée que celle-ci. Elle tient d'une main le sistre, instrument, selon Apulée, qui par le moyen de quelques petites verges qui le traversoient rendoit un son aigu. Elle porte de l'autre main un vase qui ressemble à un préféricule, & qui marque les eaux du Nil. Ces eaux qui donnoient la vie à l'Egypte, entroient par la même raison dans la religion des Egyptiens.

Pl. XLI. II. Nous apprenons de Plutarque, la maniere dont les Egyptiens peignoient Osiris; c'est dans son livre d'Isis & d'Osiris. Ils le peignent, dit-il, souvent sous la forme d'un épervier, qui a la vûë perçante & le vol rapide; ils le représentent aussi plus ordinairement avec une forme humaine. Il ajoûte qu'on couvroit son image d'un voile couleur de flamme qui marquoit le Soleil, & il dit plus bas que plusieurs prenoient Osiris pour le Soleil, & Isis pour la lune. Les images d'Osiris couvert d'un voile de couleur de flamme, ne sont pas venuës jusqu'à nous. Nous le trouvons quelquefois avec figure d'homme, d'autres fois le corps est d'un homme qui a la tête d'un épervier: on le voit en ces manieres aux planches CXVIII. & CXIX. du second tome de l'Anti-

---


CAPUT V.

I. Isis elegans Græcæ Romanæve manus. II. Osiris accipiter. III. Osiris humana forma.

I. ISis illa elegans, quæ sequitur, ab Ægyptiaca forma prorsus discedit. Est quippe aut Græca, aut Romana, peritissimamque artificis manum olet. Non illis vestibus capitisque ornamentis gaudet, quæ apud politiores nationes insoliti usus esse videntur, ac quæ vulgo gestant Ægyptiæ Isides. Hæc velata est, florem capite gestat. Tunica ejus talaris est, supra tunicam autem vestis alia est quæ ad mediam usque tunicam defluit, hisque omnibus imposita palla est, cujus magna pars ad tergum rejicitur. Nusquam visa Isis fuit tot amicta vestibus. Altera manu sistrum tenet, instrumentum, secundum Apuleium, quod ex transversis quibusdam virgulis sonum reddebat acutum. Altera manu Isis vas gestat præfericulo simile, id quod ad Nili aquas refertur. Aquæ enim illæ, quæ Ægyptiis vitam præstabant, ideo in eorum religionem admittebantur.

II. Ex Plutarcho discimus quot modis Ægyptii Osirin depingerent. Ex imaginibus autem queis Osirin exprimebant, aliæ symbolicæ erant, aliæ formam exhibebant humanam. *Osirin*, inquit ille p. [illegible]. *Oculo & sceptro pictis exprimunt, oculo providentiam, sceptro potentiam demonstrante. Homerus etiam Jovem omnium principem atque regem appellat,* ὕπατον καὶ μήστωρα [illegible] *Principem & consultorem vocans,* ὕπατον *sive Principatus, Imperium;* μήστωρα *Consilium sive prudentiam indicans. Accipitre etiam picto Osirin sæpe proponunt. Avis enim ea pollet acumine visus & volatus celeritate, eaque est natura ut celerrime alimentum digerat.* Infra vero adjicit. *Ubique porro ostenditur simulacrum Osiridis humana specie, erecto pene, ob vim gignendi & alendi. Amiculum vero flammeum, quo imagines ejus velantur, solem exprimit, quod corpus benefica prodendum facultate visu percipitur, & exemplum est sola mente cernendæ substantiæ.* Infra vero dicit multos Osirin item Solem, Isidem Lunam existimare. Osiridis vel flammeo operti imagines ad nos usque non pervenerunt. In aliquot Osirides humana forma incidimus; alios autem vidimus humano corpore, accipitrino capite: hoc positos modo in Tabulis CXVIII. & CXIX.




IS
2
XXXIX. Pl. du Tom II.
3
Président Bon .
Tom. II. 39


XL Pl du Tom II
ISIS
34
Maffei
Tom II 40



quité. Le voici en épervier tel que me l'a envoyé M. le premier Préſident Bon. L'original qui eſt dans ſon cabinet, une fois plus grand qu'on ne le voit ici, eſt de bois peint & doré, trouvé parmi cette quantité immenſe de figures qu'on déterre tous les jours en Egypte, & qu'on voit répanduës au champ des Mumies. C'eſt le premier que j'ai vû en relief : mais on le trouve ſouvent figuré dans les obéliſques & dans les autres monumens Egyptiens.

III. L'Oſiris à figure humaine, qu'on voit là même, eſt fort ſemblable à celui que nous avons donné à la planche cxx. du même tome, hors la machine qu'il porte ſur la tête. Là c'eſt une cruche aſſez bien formée. Ici c'eſt d'abord un pannier ſurhauſſé d'une eſpece de cruche avec quelques ornemens. J'ai dit là même qu'on ne pouvoit pas bien diſtinguer ſi c'étoit Oſiris ou Orus : ici les deux chiens qu'on voit aux deux côtés de la baſe, me déterminent à le prendre pour Oſiris. On y met apparemment ces chiens parce que ſelon Elien, lorſque qu'Iſis cherchoit Oſiris, des chiens cherchoient avec elle, & écartoient les bêtes féroces qui ſe trouvoient ſur leur chemin. Diodore qui dit à peu-près la même choſe, ajoûte au même endroit l. c. p. 77. qu'Anubis, dieu à tête de chien, étoit le garde de corps d'Iſis & d'Oſiris. Ce qui faiſoit que les chiens étoient en grand honneur dans l'Egypte. Mais, dit Plutarque dans ſon livre d'Iſis & d'Oſiris, la vénération des Egyptiens pour les chiens plus que pour tous les autres animaux, diminua beaucoup lorſque Cambyſe ayant tué Apis, & l'ayant fait jetter à la voirie, il n'y eut que le chien entre tous les animaux, qui alla ſe repaître de ſon cadavre.

Secundi Antiquitatis explanatæ tomi. En illum accipitrem, qualem tranſmiſit Monſpelienſis Curiæ Princeps D.Bonus. Archetypum in ejus Muſeo duplo grandius quam hic conſpicitur; picturis ornatum auratumque eſt, repertum haud dubie inter illas ſignorum infinitas immenſaſque ſtrues, quæ quotidie ex Ægypto in haſce regiones tranſportantur, quas in campis etiam Mumiarum ſtratas jacenteſque in dies colligunt noſtrates, atque alii Europæi illo peregrinantes. Hunc primum Oſiridem accipitrem quaſi ſtatuam vidi; at ſæpe in Obeliſcis in aliiſque monumentis Ægyptiacis depinguntur accipitres.

III. Oſiris autem ille humana forma qui hic eadem in tabula adjicitur, admodum ſimilis illi eſt, quem dedimus in Tabula cxx. ſecundi Antiquitatis tomi, una excepta machina illa, quam capite geſtat. In illa imagine amphora eſt conſpicua & ſola; hic vero ſtatim caniſtrum ſeu calathus eſt cui impoſita amphoræ quædam ſpecies. De illa imagine ibidem dixi vix internoſci poſſe, an Oſiris, an Orus eſſet; hic vero canes duo ad baſis latera poſiti, Oſiridem omnino eſſe ſuadent. Hi canes, ut veriſimile eſt, hic apponuntur, quoniam, ut ait Ælianus Hiſt. Animal. 10. 45. quando Iſis Oſiridem quærebat, canes cum illa ſimul inveſtigabant, & occurrentes feras abigebant. Qui idipſum fere dicit Diodorus Siculus, hoc adjicit l. 1. p. 77. Anubin canino capite, Iſidis & Oſiridis eſſe corporis cuſtodem, hincque canes per Ægyptum magno in honore haberi. Verum, inquit Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride, veneratio illa Ægyptiorum erga canes, pluſquam erga cætera animalia, admodum diminuta eſt, quando Cambyſe occiſum ab ſe Apim disjici jubente, ex omnibus animalibus ſolus canis carnes ejus eſum accurrit.



CHAPITRE VI.

I. Le grand dieu Jupiter Soleil Sérapis, représenté dans une image. II. Entortillé d'un serpent à plusieurs tours, avec les douze signes du Zodiaque. III. Les quatre espaces entre ces tours, marquent les quatre Saisons de l'année. IV. Remarques sur d'autres images entortillées d'un serpent. V. Jupiter Soleil Sérapis pris pour Pluton. VI. Jupiter Stigius *& Jupiter Inferus, est Pluton. VII. Sérapis pris pour Esculape ou pour le dieu de la Medecine.*

Pl. XLII. I. Voici une image des plus curieuses, & peut-être des plus instructives qui ayent encore paru dans ce grand théâtre de l'Antiquité. Elle ne semble pas être de goût Egyptien, quoiqu'au premier coup d'œil elle ait quelque air de la bizarrerie des figures Egyptiennes. La tête est surhaussée d'un boisseau, elle jette des rayons. La barbe & les cheveux sont tels qu'on les voit dans les images de Jupiter. Le corps revêtu depuis la tête jusqu'aux pieds, est entortillé d'un serpent dont la tête est au-dessus des pieds de l'homme; & le corps du serpent serre l'homme en remontant par plusieurs contours, qui se terminent aux épaules, & l'homme tient la queuë du serpent de la main gauche, qui paroît être la seule libre. L'autre main est cachée sous un des contours du serpent, & sous l'habit. Ce même bras est enveloppé; mais le coude paroit nud, ce qui n'est peut-être pas sans mystére. Ces contours du serpent laissent quatre espaces vuides, dans lesquels sont marqués les douze signes du Zodiaque, trois dans chaque espace. C'est incontestablement le grand dieu Jupiter, Soleil Sérapis si célébre dans les inscriptions tant Grecques que Latines. Une Grecque dit, *au grand Jupiter Soleil Sérapis, & aux autres dieux honorés dans le même temple :* une autre répéte les quatre premiers mots de celle-là; ces deux sont Grecques. Une autre inscription Latine dit : *A Jupiter Soleil*

CAPUT VI.

I. Magnus deus Jupiter Sol Serapis, in signo quodam repræsentatus. II. Serpente multis circumplicatus gyris, duodecim Zodiaci signa exhibet. III. Quatuor inter gyros spatia, quatuor anni tempestates significant. IV. Observationes in alias imagines serpente circumplicatas. V. Jupiter Sol Serapis pro Plutone habitus. VI. Jupiter Stygius, & Jupiter Inferus ipse Pluto est. VII. Serapis pro Æsculapio & pro Medicinæ deo acceptus.

I. En imaginem inter eas quæ hactenus prodierant argutissimam : multa certe, quæ plura doceat in amplissimo illo monumentorum theatro hactenus inspeximus. Non videtur autem ex Ægyptia manu prodiisse, etsi primo conspectu insolitam illam & peculiarem Ægyptiorum formam præ se ferat. Caput radiis fulgens calathum gestat. Coma & barba tales sunt, quales in Jovis signis conspicimus. Corpus à capite ad pedes amictum, serpente circumplicatur, cujus caput supra pedes conspicitur; corpus vero serpentis, corpus hominis ascendendo stringit, ac gyris multis circumdat, qui ad humeros terminantur; Serapisque caudam manu sinistra tenet, quæ sola manus libera videtur esse. Altera vero manus sub extremo serpentis gyro & sub veste abscondita videtur. Brachium illud totum obtectum est, at cubitus nudus videtur, id quod non sine arcana quadam ratione factum est. Illi vero serpentis gyri & inflexiones quatuor vacua spatia relinquunt, in quibus exhibentur duodecim Zodiaci signa, tria videlicet in quolibet spatio. Est autem procul dubio magnus ille Jupiter Sol Serapis, in Græcis atque Latinis inscriptionibus tantopere celebratus. Una quæ Græca est, sic habet Gruteri p. XXII. 13.

ΔΙΙ ΗΛΙΩ
ΜΕΓΑΛΩ
CΑΡΑΠΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΟΙC CΥΝΝΑ-
ΟΙC ΘΕΟΙC

Hoc est *Jovi Soli magno Sarapidi, & ejusdem templi consortibus diis.* Alia ibidem inscriptio Græca eadem ipsa verba repetit. Latina autem alia ibidem sic


OSIRIS
XLI Planche du Tom. II
1
2
1
2
35
M. le pr. president Bou
Tom. II
41

l'invincible Sérapis. Où il faut remarquer que les monumens tant Grecs que Latins, & même les Auteurs des deux Langues l'appellent plus souvent Sarapis que Sérapis. Il est ici appellé l'invincible Sarapis. La qualité d'invincible lui convient, comme étant le Soleil; c'est par la même raison que Mithras qui étoit aussi pris pour le Soleil, est honoré de cette épithete dans l'inscription qui porte.

Au dieu Soleil l'invincible Mithras.

Le Soleil est appellé invincible, parce que rien ne peut arrêter sa course, & qu'il va toujours d'un pas égal, sans que rien puisse ni empêcher ni retarder ses voyages journaliers. Une autre inscription plus remarquable, nous apprend que l'Ordre sacré des Pæanistes de Rome, du grand Jupiter Soleil Sarapis, a honoré le Prophéte Embés, pere du même Ordre des Pæanistes, d'un buste de marbre, posé dans la maison de cet Ordre. Cela fut fait le onziéme jour du mois Pacon, selon les Alexandrins, c'étoit le jour avant les Nones de Mai, c'est-à-dire, le huitiéme du même mois, sous le Consulat de Sextus Erucius Clarus, & de Cneius Claudius Severus. C'étoit l'an 146. de JESUS-CHRIST. Il semble que c'étoit principalement en ce temps que fleurissoit le culte de Jupiter Soleil le grand Sarapis, sous le bon Empereur Antonin Pie, qui régnoit en la même année de Jesus-Christ 146. Un Ordre entier à Rome consacré au grand Jupiter Soleil Sarapis, est une preuve que le culte étoit alors dans sa plus grande vogue. Et c'étoit peut-être cet Ordre qui avoit inventé cette image mystérieuse. Un Ordre entier consacré à Jupiter Soleil Sérapis, étoit apparemment occupé à inventer de nouveaux moyens de rendre son culte célébre; & comme ces images par leur singularité & par ces grands airs de mystére, réveilloient l'attention des dévots; ou ces Pæanistes, ou d'autres gens intéressés, auront imaginé cette maniere de le peindre. Toutes les marques du grand dieu Jupiter Soleil Sérapis, se trouvent sur cette image. La tête, les cheveux & la barbe sont de Jupiter; les rayons marquent indubitablement le Soleil, & le boisseau Sérapis.

II. Ce serpent qui entortille de plusieurs tours son corps, marquent les circuits que fait le Soleil dans sa course autour des signes du Zodiaque. Les douze signes se voyent peints dans les quatre espaces que laissent les contours

---

incipit *Jovi soli invicto Sarapidi.* Ubi advertas velim in monumentis tam Græcis quam Latinis, necnon etiam apud scriptores frequentius dici Sarapidem, quam Serapidem. Hic appellatur invictus Sarapis; invicti nomen Soli convenit; ideoque Mithras, qui & ipse quoque Sol esse credebatur, hoc ornatur epitheto in ea quæ sic habet inscriptione.

DEO SOLI INVICTO MITHRAE.

Sol invictus vocatur, quia nihil cursum ejus cohibere potest, & pari semper gressu procedit, ita ut ejus itinera diurna nihil impedire, vel tardare possit. Alia autem inscriptio longe insignior est, de qua jam actum est supra, hæc dicit; sacrum Ordinem Pæanistarum Romæ, magni Jovis Solis Sarapidis Emben prophetam ejusdem ordinis Pæanistarum patrem honoravisse protome marmorea, in domo ejusdem ordinis posita. Idque factum esse undecima die mensis Pachon apud Alexandrinos, nempe pridie Nonas Maii, quæ est octava ejusdem mensis dies Consulibus Sexto Erucio Claro, & Cneio Claudio Severo, qui Consulatus incidit in annum Christi 146. Imperante Antonino Pio. Unde videatur hoc maxime tempore viguisse cultum illum, Jovis Solis magni Sarapidis. Ordo sacer Romæ virorum, qui Jovi Soli Sarapidi addicti erant, quantus, quam frequentatus tunc ille cultus esset, significat. Et fortassis hic ipse ordo erat, qui hanc-ce mysticam imaginem commentus est. Ordo quippe totus Jovi Soli Sarapidi sacer, ea semper nova excogitabat, ut credere est, quæ ejus possent cultum celebriorem reddere, & arcanarum imaginem inexspectata conditione, religiosorum & ad vana inhiantium animos concitare. Utique vel hi Pæanistæ, vel alii quorum, lucri causa, interest, hanc depingendi rationem commenti sunt. Notæ omnes magni dei Jovis Solis Sarapidis in hac imagine deprehenduntur, caput, capilli, barba Jovis sunt; radii procul dubio Solem indicant, & Calathus Sarapidem.

II. Serpens ille qui multis flexibus corpus ejus circumplicat, nota evidens est circuituum Solis, quos circa Zodiaci signa currendo peragit. Duodecim porro illa signa in quatuor spatiis inter flexus

du ſerpent ſur le corps de Sérapis. Dans le premier eſpace qui eſt le plus près de la tête, ſont le bélier, le taureau & les jumeaux; dans le ſecond, le cancer, le lion & la Vierge; dans le troiſiéme, la balance, le ſeul des ſignes qui ne paroît pas ici, le ſcorpion, le ſagittaire; dans le quatriéme, le capricorne, le verſeau & les poiſſons. Je croirois volontiers que ce corps de Sérapis, renfermé dans les contours du ſerpent & les ſignes du Zodiaque, ſignifie la terre, ſur laquelle influent les rayons du Soleil qui la rendent féconde, & lui fourniſſent la meſure du temps, de l'année & de ſes parties.

III. Ces quatre claſſes de ſignes, marquent ſans doute les quatre ſaiſons de l'année: & comme ces anciens metroient du myſtére par tout, ce n'eſt peut-être pas ſans quelque raiſon cachée, que le printemps qui comprend le bélier, le taureau & les gémeaux, eſt ſur le ventre; l'été qui a le cancer, le lion & la Vierge, ſur les cuiſſes; l'automne qui eſt ſous les ſignes de la balance, du ſcorpion & du ſagittaire, eſt ſur les genoux; & l'hyver ſous le capricorne, le verſeau & les poiſſons, eſt au bas des jambes. Quelque curieux s'éxercera peut-être à trouver des ſens myſtérieux à tout cela. Mais s'il y a là du myſtére, (il y en avoit preſque ſur tout dans ces temps-là;) il eſt très-difficile de le pénétrer.

IV. Sérapis ſe prend donc pour Jupiter & pour le Soleil: il ſe prenoit auſſi pour Pluton & pour Eſculape, & en tous ces ſens le ſerpent qui l'entortilloit & qui faiſoit la diſtinction des ſaiſons, lui convenoit. Les figures entortillées d'un ſerpent, que nous trouvons dans un grand nombre de monumens, s'expliquent par cette image. Il y en a deux dans la grande image de Mithras, au premier tome de l'Antiquité pl. CCXXV. Ces deux ſont de même entortillées du ſerpent depuis les pieds juſqu'à la tête; & ce qui eſt fort à remarquer, c'eſt que tous les tours que fait ce ſerpent ſur leurs corps, laiſſent de même quatre eſpaces pour marquer les quatre ſaiſons, ſur leſquelles préſident les douze ſignes du Zodiaque; trois ſur chacune. On voit dans la même planche une figure mutilée, qui étoit ſans doute la même que celle-ci avant que l'injure des temps lui eût fait perdre la tête, les épaules, les bras & les

---

ſerpentis vacuis depinguntur ſupra Serapidis corpus. In primo ſpatio, quod capiti vicinius eſt, ſunt aries, taurus & gemini; in ſecundo, cancer, leo & virgo; in tertio, libra quod unum ſignum excidit, ſcorpius & ſagittarius; in quarto capricornus, aquarius & piſces. Crederem porro corpus illud Sarapidis, qui inter circulos ſerpentis & ſigna Zodiaci concluditur & ſtringitur, mundum ſive terram ſignificare, in quam influunt Solis radii, quamque afficiunt & fœcundant, ipſique temporis annorumque ſuis notatam ſpatiis menſuram præbent.

III. Hæ certe quatuor ſignorum claſſes, quatuor anni tempora ſive tempeſtates certiſſime denotant. Quia vero veteres illi omnibus ferme in rebus arcana quæpiam atque myſteria intelligebant; hoc ipſum fortaſſe non caret ſua ſignificatione, quod ver, arietem, taurum, & geminos complectens, ventri immineat; æſtas vero, quæ cancrum, leonem & virginem habet, femoribus; Autumnus, ſigna habens libræ, ſcorpii & ſagittarii, genibus; Hyems cujus ſigna ſunt capricornus, aquarius & piſces, imis tibiis. Hæc fortaſſis ſtudioſus quiſpiam diligentius perpendat, ut arcana quæque exploret & detegat; ſed ſi myſterium hic adſit quodpiam, ita obvolutum eſt, ut detegere non facile fuerit.

IV. Serapis ergo, & Jupiter & Sol eſſe credebatur, Pluto etiam quandoque habebatur & Æſculapius; ſecundum illas autem rationes omnes, ſerpens corpus circumplicans, & tempeſtates flexibus diſtinguens, ipſi competebat. Schemata illa humanorum corporum, quæ ſerpente circumplicantur, in multis comparent monumentis, & hac quam nunc damus imagine explicantur. Duæ ſunt hujuſmodi in magna Mithræ imagine primo Antiquitatis explanatæ tomo Tabula CCXXV. hæ ambæ figuræ à pedibus ad uſque caput ſerpente circumplicatæ ſunt. Quodque accurate obſerves, flexus illi ſerpentis corpus circumdantis, quatuor, ut in hac imagine, ſpatia relinquunt vacua, queis ſignificantur quatuor anni tempora, quibus præſunt duodecim ſigna Zodiaci, tria cuilibet tempeſtati. In eadem vero tabula, trunca videtur alia imago, quæ haud dubio huic ſimilis omnino fuit, antequam injuria temporum capite, humeris, brachiis & cruribus

jambes : & qui en cet état n'a pas laiſſé de nous fournir quelques connoiſſances, avant que ce Jupiter ſoleil Sérapis entortillé d'un ſerpent fût découvert. Quant aux deux figures du Mithras à tête de lion, gravées ſur la même planche ; comme on n'a pas vû les originaux, & que nos deſſeins n'ont pas été faits d'après eux, il ne faut pas s'étonner ſi les quatre eſpaces ne s'y trouvent pas : ces figures en l'état qu'elles ſont, ne ſont point autorité pour ce nombre de contours. Il n'en eſt pas de même des deux autres de la table Mithriaque qui ont été deſſinés d'après un bas relief. Les quatre eſpaces ſe trouvent ſur chacune ; ainſi ces Mithriaques conviennent avec notre image de Sérapis, parce que Mithras auſſi-bien que Sérapis, étoit pris pour le Soleil.

Cette figure entortillée du ſerpent, qui marquoit le Soleil & ſes circuits, ſe trouve auſſi ſur les tombeaux. On la voit au cinquiéme tome, à la planche XXX. à l'urne d'Egnatius Nicephorus, & à la planche LXVII. à celle d'Herbaſia Clymene, & d'une maniere fort ſinguliere dans l'une & dans l'autre ; un jeune homme entortillé d'un ſerpent, tombe la tête premiere de haut en bas, des jeunes gens qui le voyent tomber ſont effrayés & ſemblent vouloir prendre la fuite. Cela ſignifie à mon avis, que le Soleil marqué par ce jeune homme entortillé d'un ſerpent, tombe & ne luit plus pour ceux qui ceſſent de vivre. Les quatre eſpaces entre les tours que fait le ſerpent, ne ſe trouvent pas dans ces images-là, & ne doivent pas s'y trouver ; ces quatre eſpaces marquent les quatre ſaiſons, & il n'y a plus de diſtinction de ſaiſons pour ceux qui paſſent au royaume de Pluton. On remarque auſſi ſur tout dans la derniere image, que la chute apporte quelque déſordre dans la ſituation du ſerpent, qu'il ſe relâche & ne ſerre plus le corps à ſon ordinaire.

V. Sérapis ſelon un ſentiment fort reçu dans l'Antiquité, étoit le même que Pluton. Ayant été apporté de Sinope à Alexandrie, dit Plutarque dans Iſis & Oſiris, les Egyptiens lui donnerent le nom qu'ils donnoient à Pluton, c'eſt-à-dire Sérapis, nom qu'il n'avoit pas auparavant. Οὐ γὰρ ἐκεῖθεν οὕτως ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Αλεξάνδρειαν τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. Nous croyons dit Porphyre, dans Euſebe Pr. Ev. 4. 23. que Sérapis domine ſur

illam detruncaſſet : quæ qualis eſt non ſpernendas nobis notitias ſuppeditavit, antequam hic Jupiter Sol Serapis ſerpente circumdatus in medium prodiret. Quod ſpectat autem duo illa ibidem poſita Mithræ leonino capite ſchemata, cum archetypa non viderimus, nec iis præſentibus imagines noſtræ delineatæ fuerint, nihil mirum ſi illa quatuor ſpatia ibi non obſerventur. Hæ certe figuræ ut jam ſunt nullam nobis quantum ad gyrorum numerum præſtant autoritatem. Non idem dicendum de duabus aliis, qui in Tabula Mithriaca obſervantur figuris, quia illæ ad archetypi anaglyphi fidem delineatæ ſunt. Quatuor illa ſpatia in ſingulis obſervantur : atque ita Mithriaca illa cum noſtra Serapidis imagine conſentiunt, quoniam Mithras, quemadmodum & Serapis, pro Sole habebatur.

Hæc figura ſerpente circumplicata, quæ Solem circuituſque ejus ſignificabat, in ſepulchris etiam occurrit. Conſpicitur enim quinto Antiquitatis explanatæ tomo in urna Egnatii Nicephori Tabula XXX. itemque Tabula LXVII. in urna Herbaſiæ Clymenes : in utraque certe modo ſingulariſſimo, puer ſerpente circumplicatus inverſo capite cadit, præſentes vero juvenes caſum conſpicientes perterrefacti fugam capeſſere videntur. Illo ſignificatur, ut puto, Solem hoc juvene, quem ſerpens circumplicat, figuratum cadere, neque ultra lucere iis qui finem vivendi faciunt. Quatuor autem illa ſpatia in iſtis imaginibus non occurrunt, neque occurrere debent, quia nulla tempeſtatum diſtinctio iis qui ad regnum Plutonis pervenerint. Illud etiam obſervatur, maxime vero in poſtrema imagine, caſum ſcilicet & cadentis motum aliquam in ſitu ſerpentis perturbationem afferre, qui ſerpens relaxatur, neque ultra ſtringit corpus ut antea.

V. Serapis ut à veterum multis credebatur idem ipſe erat qui Pluto. Sinope Alexandriam delatus, inquit Plutarchus, in libro de Iſide & Oſiride, ab Ægyptiis illo donatus nomine eſt, quem ipſi Plutoni dabant. Serapis nimirum appellatus fuit, quo antea nomine non gaudebat. Οὐ γὰρ ἐκεῖθεν οὕτως ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Αλεξάνδρειαν τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. *Putamus*, inquit Porphyrius apud Euſebium Præp. Evang.

les mauvais démons. C'est, dit-il, le même que Pluton : il donne des symboles pour les chasser. Il ajoûte plus bas que le symbole de ces mauvais démons est le chien à trois têtes. Cela s'accorde avec les anciens monumens qui peignent Sérapis avec le chien Cerbere. On en voit trois de même aux planches CXXI. & CXXII. du second tome de l'Antiquité. Le plus remarquable de tous, est celui où il est représenté avec un boisseau sur la tête, tenant une pique de la main droite. L'inscription est telle, εἷς Ζεὺς Σάραπις, *Il n'y a qu'un Jupiter Sarapis.* Le chien Cerbere à trois têtes qu'on voit à ses pieds, fait foi que ce Jupiter Sérapis est le même que Pluton. La même inscription [illegible] Σαραπις. *Il n'y a qu'un Jupiter Sérapis*, se trouve parmi les Abraxas à la planche CLIII. mais l'image de Sérapis n'y est pas. On y voit Isis assise sur la fleur du Lotus, tenant un fouet à la main, & devant elle le singe ou le cercopitheque divinisé par les Egyptiens. Devant Isis est un croissant de lune, & plus loin une grande étoile qui marque le Soleil ou Jupiter Sérapis, signifié par cet astre.

Jupiter Sérapis étoit donc Pluton, ce qui est encore marqué par deux autres images ou Jupiter Sérapis est avec le chien Cerbere, & par une quatriéme qu'on voit aussi parmi les Abraxas pl. CLIII. où Jupiter Sérapis qui porte à la main une victoire, a le chien Cerbere devant lui. On peut y en ajoûter une cinquiéme de la planche CXXI. du second tome de l'Antiquité, où Jupiter Sérapis tient d'une main la corne d'abondance, & de l'autre main une patere, sur laquelle vole un papillon symbole de l'ame : preuve qu'il est le maitre du Pays des ames, ou que c'est le même que Pluton. Voilà donc Jupiter Sérapis Pluton.

VI. Jupiter Pluton étoit Jupiter *inferus*, le même qu'une inscription de Gruter appelle Jupiter *Stygius*, le Jupiter Stigien. Pluton passoit pour le Soleil d'hyver, dit Porphyre dans Eusebe, Pr. Ev. 3. 3. *Les semences*, dit-il, *jettées [illegible] que le Soleil attire lorsqu'il court en hyver sous l'Hemisphere. Proserpine est [illegible] des semences ; & Pluton qui est le Soleil [illegible] C'est [illegible] dit qu'il [illegible]* Macrobe l. 1. Sat. c. 19. & Phurnutus, disent à peu-près la

lib. 4. c. 23. *Sarapidem supra malos dæmones dominari* [illegible], inquit ille, ipse est qui Pluto ; symbolaque dat ipsos expellentes. Adjicitque [illegible], malorum dæmonum symbolum esse tricipitem canem. Id vero cum veteribus monimentis convenit, quæ Sarapidem cum Cerbero cane pingunt. Tria hujusmodi schemata visuntur secundo Antiquitatis explanatæ tomo Tab. CXXI. & CXXII. ubi omnium [illegible] is est, qui calathum capite gestat, hastamque dextera tenet. Inscriptio est hujusmodi, εἷς Ζεὺς Σάραπις, *unus est Jupiter Sarapis.* Cerberus canis ad ejus pedes arguit Jovem hunc Sarapidem esse Plutonem. Eadem inscriptio εἷς Ζεὺς Σάραπις, *unus tantum Jupiter est Sarapis*, inter Abraxæ [illegible] occurrit Tabula CLIII. secundi Antiquitatis explanatæ tomi : sed ibi Serapidis imago non comparet. [illegible] ibi conspicitur Loti [illegible], [illegible] manu tenens, & coram illa Simia sive Cercopithecus inter deos ab Ægyptiis relatus. Ante Isidem est crescens Luna, & paulo remotior stella magna Solis aut Jovis Sarapidis signum, qui hujusmodi astro significatur.

Jupiter ergo Sarapis Pluto erat : id quod etiam ex duabus aliis imaginibus confirmatur ubi Cerberus canis cum Jove Sarapide est, & ex quarta, quæ item inter Abraxæas [illegible] Tab. CLIII. [illegible] etiam quinti adjici potest, quæ habetur in Tab. CXXI. ejusdem tomi, ubi Jupiter Sarapis altera manu tenet cornu copiæ, altera pateram supra quam volitat papilio symbolum animæ : unde probatur eum in animarum patria & regione dominum esse, vel eumdem esse atque Plutonem. En igitur Jovem Serapidem simul Plutonem.

VI. Jupiter Pluto, Jupiter inferus erat & Stygius, ut vocatur apud Gruterum p. [illegible]. Pluto pro hyberno Sole habebatur, inquit Porphyrius apud Eusebium Præp. Evang. l. 3. cap. 3. *Quoniam vis est quadam projectorum humi seminum, quam Sol sub inferius hæmispherium currens, hyberno tempore attrahit. Proserpina vis est semen continens ; Pluto autem Sol terram subiens, atque occultum percurrens orbem hibernumque Solstitium, dicitur Proserpinam rapere, quam sub terra latentem Ceres desiderat.* Macrobius l. 1. Saturnalium c. 19. & Phurnutus idipsum pene

même


XLII Pl du Tom II
SERAPIS
SOLEIL
36
M. le pr. President Bon
Tom II 42

même chose. Selon cette explication, notre image de Jupiter Soleil Sérapis sera Pluton; sur tout par rapport à la derniere saison qui comprend les signes du capricorne, du verseau & des poissons, qui marquent l'hyver. Cette saison est immédiatement sur les pieds de Sérapis : sur quoi il faut remarquer que dans l'image de la planche CXXII. du second tome de l'Antiquité, où Sérapis avec Cerbere est d'un côté, & Isis avec son sistre de l'autre; il y a un pied humain entouré d'un serpent, qui pourroit bien avoir quelque rapport à cette saison d'hyver, marquée sur les pieds de Sérapis. Ce n'est qu'une conjecture que je n'oserois suivre, à moins qu'elle ne soit autorisée de quelque autre monument.

VII. On prenoit Sérapis pour Esculape, dit Tacite à la fin du quatriéme livre de son Histoire. *Plusieurs croyent*, dit-il, *que ce dieu est Esculape, parce qu'il guerit des maladies; quelques-uns le prennent pour Osiris, dieu très-ancien de la nation Egyptienne; un grand nombre le disent Jupiter, comme ayant la puissance sur toutes choses; d'autres le prennent pour Pluton, se fondant tant sur certaines marques assez claires, que sur des conjectures.* Sérapis passoit pour le dieu de la santé, comme nous avons fait voir assez au long dans son Chapitre, au second tome de l'Antiquité. De-là venoit sans doute que plusieurs le prenoient pour Esculape; d'autres qui le prenoient pour le dieu de la santé, le distinguoient pourtant d'Esculape, comme Ciceron au second livre de la divination p. 297. *Pourquoi demander plutôt des remedes à l'interpréte des songes qu'aux médecins; Esculape ou Sérapis peuvent-ils prescrire en songe les remedes nécessaires pour la guérison.* Plusieurs autres Auteurs prennent Sérapis pour le dieu de la Médecine. Il paroît qu'il étoit invoqué pour les maladies. Dans les inscriptions de Gruter p. LXXXV. l'on voit des vœux à Sérapis pour le recouvrement de la santé : les marbres confirment ce que dit Tacite, que plusieurs le prenoient pour Esculape. Nous voyons en effet Esculape avec le boisseau de Sérapis sur la tête. Il y en a deux de cette espece à la planche CLXXXV. du premier tome de l'Antiquité; dans l'un des deux le serpent qui entortille à plusieurs tours le bâton, laisse quatre espaces comme dans la figure présente. Seroit-ce pour marquer les quatre saisons comme ici? ce qui est cer-

---

dicunt. Hac admissa sententia signum Jovis Solis Serapidis nostrum, Pluto etiam erit; maxime vero ratione ultimæ tempestatis, quæ signa complectitur capricorni, aquarii & piscium, quæ hyberna sunt signa. Hæc porro anni tempestas cum signis suis supra pedes Serapidis sita est. Cujus rei occasione observandum est in imagine illa secundi Antiquitatis explanatæ tomi Tabula CXXII. ubi Serapis atque Cerberus in uno latere, Isis vero cum sistro in altero est, pedem humanum haberi serpente circumplicatum, quæ possent fortasse referri ad hibernam illam tempestatem ad pedes Serapidis positam. Sed conjectura tantum est, quam ego sequi nollem nisi aliis firmaretur exemplis.

VII. Serapis etiam pro Æsculapio habebatur, ait Tacitus in fine quarti historiæ suæ libri. *Deum ipsum*, inquit, *multi Æsculapium, quod medeatur ægris corporibus; quidam Osirim, antiquissimum illis gentibus numen; plerique Jovem, ut rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem, insignibus quæ in ipso manifesta, aut per ambages conjectant.* Serapis deus valetudinis & sanitatis habebatur, ut pluribus diximus cum de illo ageretur in secundo Antiquitatis explanatæ tomo. Hinc haud dubie à multis Æsculapius esse putabatur; alii vero qui ipsum valetudinis deum habebant, ab Æsculapio tamen distinguebant, ut Cicero secundo libro de divinatione : *Quid igitur convenit ægros à conjectore somniorum potius, quam à medico petere medicinam? An Æsculapius, an Serapis potest præscribere per somnium curationem valetudinis?*

Multi alii scriptores Serapidem habent pro deo Medicinæ. In morbis enim, Serapidis opem implorabant multi. In Gruteri inscriptionibus p. LXXXV. vota occurrunt Serapi facta pro curatione valetudinis. Monimenta autem veterum confirmant ea quæ supra dixit Tacitus, nempe multos Serapidem pro Æsculapio habuisse. Sane videmus Æsculapium capitum calathum gestantem, ut Serapin. Duos hujuscemodi protulimus in primo Antiquitatis explanatæ tomo Tabula CLXXXV. In altero autem serpens qui baculum Æsculapii multis flexibus circumplicat, quatuor spatia vacua relinquit, qualia in præsenti schemate: an ut quatuor anni tempora

tain eſt que les ſaiſons ont beaucoup de rapport à la ſanté ſignifiée par le ſerpent. Ce qui eſt auſſi fort à remarquer, c'eſt qu'Hygiéa fille d'Eſculape, déeſſe de la ſanté, dont nous avons donné pluſieurs images, & qui a comme ſon pere le ſerpent pour ſymbole, ſe trouve dans l'une de ces images pl. CLXXXIX. du premier tome de l'Antiquité, entortillée d'un ſerpent comme l'eſt Sérapis ici : avec cette différence que le ſerpent a la tête en bas, & vers les pieds ſur Sérapis, & que ſur Hygiéa le ſerpent a la queuë en bas, & après avoir entortillé le corps de la déeſſe, il vient boire dans ſa taſſe à l'ordinaire.

Voilà donc Sérapis qui eſt en même temps Jupiter, le Soleil, Pluton & Eſculape, repréſenté ici avec les attributs de toutes ces divinités : Tant il eſt vrai que les monumens, qui ſont des hiſtoires muettes, nous apprennent bien des choſes qu'on chercheroit inutilement dans les Auteurs.

PL. XLIII. VIII. Je ne ſçai ſi c'eſt par rapport à Sérapis entortillé d'un ſerpent que l'Iſis ſuivante, qui eſt une ſtatuë Romaine, eſt auſſi entortillée d'un ſerpent comme ſon mari ; cela eſt pourtant aſſez vrai-ſemblable. Quoiqu'il en ſoit nous avons crû ne la devoir pas ſéparer du Sérapis Soleil. Cette figure eſt extraordinaire en tout. La coëffure, le collet, l'habit, tout eſt remarquable. Elle a comme un collier de perles, & ſon grand collet eſt aſſez ſemblable à celui qu'on portoit il n'y a pas long-temps. Elle eſt revêtuë d'une eſpece de robe de chambre, dont les manches vont juſqu'au poignet ; le reſte ſe remarquera mieux à l'œil que par une deſcription. Le ſerpent l'enveloppe & la ſerre du côté des jambes, où il ne fait qu'un tour, & remonte après cela par pluſieurs plis & replis juſques ſur ſa poitrine. Il ne faut pas douter qu'il n'y ait là quelque myſtere. Cette maniere de repréſenter Iſis, n'a nullement l'air d'un pur caprice : il faut qu'il y ait des ſens cachés ſous ces figures. Iſis eſt la Lune, Sérapis eſt le Soleil, le ſerpent eſt auſſi le Soleil ou ſa figure, comme nous avons ſi ſouvent dit. Ce ſerpent qui entortille Iſis, marqueroit-il que c'eſt le Soleil qui communique à la Lune ſa lumiere & ſa clarté ? Il ne l'entortille qu'à demi, ce qui pourroit bien ſignifier les accroiſſemens & décroiſſemens de la Lune, par rapport au plus ou moins de clarté qu'elle paroît re-

---

ſubindicet ? Utique certum eſt anni tempeſtates, multam conferre ſanitati, quæ per ſerpentem indicatur. Serpens autem perinde Serapidi convenit, atque Æſculapio, ſi tamen Serapis alius ab Æſculapio habeatur. Notandum autem eſt, Hygieam ipſam Æſculapii filiam ſanitatis deam cujus multas protulimus imagines, quæque perinde atque pater ſuus ſerpentem habet ſymbolum, in una ex imaginibus Tabula CLXXXIX. ſecundi Antiquitatis explanatæ tomi, à ſerpente circumplicari, quemadmodum in hac imagine Serapis illo circumdatur; hoc tamen diſcrimine, quod ſerpens in Serapidis imagine caput ad pedes ejuſdem; in Hygieæ autem ſchemate ſerpens caudam inferne poſitam habeat, & poſtquam deæ corpus circumvolvit, in patera bibiturus pro more accedat.

Itaque Serapis ſimul Jupiter, Sol, Pluto & Æſculapius eſt, & cum ſymbolis illorum omnium repræſentatur. Uſque adeo verum eſt veterum monumenta hiſtoriam quamdam mutam eſſe, ubi multa diſcimus, quæ apud ſcriptores fruſtra quæreremus.

VIII. Utrum Iſis illa ſequens, quæ Romæ viſitur & à ſerpente circumdatur, ad Serapidem referatur conjugem & ſerpente circumdatum : id certe ſi non conſtat, veri tamen ſimile eſt. Ut ut res eſt, non putavimus eam à Serapide Sole ſeparari oportere. Hæc imago nihil non inſolitum habet; capitis & colli ornatum, veſtem : hîc omnia ſpectabilia ſunt. Torquem collo geſtat, quaſi ex unionibus concinnatum. Strophium illud magnum à collo humeros ornans, ſimile eſt iis qui non ita pridem geſtabantur. Veſte quadam aperta induitur; cætera uno conſpectu percipias. Serpens illam circumdat; & circa tibias ſtringit, ſed uno tantum ambitu, poſteaque multis ſeſe plicans gyris ad uſque pectus aſcendit. Nec dubium eſt quin aliquid arcanum in his omnibus lateat. Hic quippe modus depingendæ Iſidos non ex ſubita artificis imaginatione prodit : hæc potius ſingula ſecretum videntur habere ſignificatum. Iſis Luna, Sarapis Sol eſt : ſerpens item Sol eſt, ſive ſymbolum Solis, uti ſæpe diximus. An ſerpens ille, qui Iſidem circumdat, ſignificaverit Solem Lunæ claritatem lucemque indere ? Ipſam vero non omnino nec totam circumdat, id quod ad Lunam creſcentem ac decreſcentem referatur, cum vel plus vel minus lucis à Sole, uti quidem


ISIS
XLIII. Pl. du Tom. II
Maffei
Tom. II 43
37

cevoir du Soleil. Il n'est pas permis d'aller plus loin dans ces recherches. Ce ne sont que des conjectures sur lesquelles on ne peut rien fonder. Les monumens qu'on déterrera dans la suite, serviront peut-être à éclaircir ceux-ci.

nos oculis percipimus, mutuari videtur. Ne ultra procedamus hæc & hujuscemodi conjicientes, vetat metus ne longius à vero oberremus, quæ sub hæc in dies eruentur monumenta, ad hæc explicanda fortasse juvabunt.

CHAPITRE VII.

I. Sérapis dans un Navire avec Isis & la Fortune. II. Sérapis Pluton avec Isis & Minerve. III. Sérapis Pluton avec Isis & Apollon.

I. Voici encore une image toute mystérieuse, & qu'il est très-difficile d'expliquer. Sérapis dans un Navire dont les bords sont chargés de rames, quoiqu'il n'y paroisse point de rameur. Il est assis au milieu du pont, & tient de la main gauche un sceptre, & avance la droite vers Isis. Il porte le boisseau sur la tête; c'est son symbole ordinaire; c'est par-là que nous reconnoissons Sérapis. A droite & à gauche du boisseau sont deux grandes étoiles; autre mystére difficile à développer. S'il n'y en avoit qu'une, comme dans une autre image de cette même planche, nous dirions qu'elle marque que Sérapis est le Soleil; mais les deux embarrassent. Aux pieds de Sérapis est le gouvernail. Isis qui est à la prouë, se reconnoît à la fleur du Lotus, qu'elle porte sur la tête; c'est sa marque particuliere. Elle tient de la main droite un seau qu'on voit si souvent entre les mains des divinités Egyptiennes, & met l'autre main sur une machine qui s'éleve à trois branches par-dessus la poupe, & qui tient au Vaisseau. Elle regarde Sérapis comme pour recevoir ses ordres, & tourner le Vaisseau du côté qu'il lui plaira d'ordonner. Car Sérapis est ici seul assis en maître: Isis & la Fortune sont debout comme pour exécuter ses ordres. La fortune est derriere Sérapis; elle a comme Sérapis le boisseau sur la tête; à moins qu'on ne veuille dire que c'est le pôle, qu'on voit si souvent sur la tête de la Fortune; de là vient qu'on l'appelloit Pherepole, ce qui veut dire qu'elle porte le pôle, ou qu'elle gouverne le monde pris

Pl. après la XL.II.

CAPUT VII.

I. Serapis in Navi cum Iside & Fortuna. II. Serapis Pluto cum Iside & Minerva III. Serapis Pluto cum Iside & Apolline.

I. En rursum aliam arcanæ significationibus imaginem, & explicatu difficillimam. Sarapis in navi, cujus latera remis onusta sunt, nullis tamen comparentibus remigibus. In medio tabulato sedet, & læva sceptrum tenet, dexteramque versus Isidem extendit. Calathum capite gestat, symbolum illius solitum, quo Serapidem agnoscimus; à dextris & à sinistris calathi, duæ majores stellæ conspiciuntur: arcanum aliud quod vix aperias: si una tantum adesset stella, ut in alia hujusce tabulæ imagine, illa significari diceremus Sarapidem esse Solem; sed hoc opus hic labor, quod duæ reperiantur. Ad Sarapidis pedes est gubernaculum: Isis in puppi stans ex Loti flore dignoscitur, quem capite gestat; hæc ipsius est familiaris nota. Isis dextera situlam tenet, quæ sæpe præ manibus Ægyptiorum numinum observatur, alteramque manum machinæ cuipiam imponit, quæ tres in partes erumpens supra puppim erigitur, & hæret navi. Sarapin respicit, quasi nutum ejus exspectans, ut navim quo velit convertat. Nam Sarapis hic solus quasi imperans sedet. Isis & Fortuna stant, quasi imperanti obsequuturæ. Fortuna pone Serapidem est, ac perinde atque Sarapis calathum capite gestat; nisi forte dicatur esse polum, quem Fortunæ capiti imminere sæpius cernimus; qua propter φερέπολος, id est, polum gestans appellabatur, ut quæ mundum regeret, ἠθικῶς pro mortalium genere sumtum,

moralement pour les hommes qui l'habitent, dont la plûpart n'ont d'autre pôle que la Fortune. Elle tient de la main gauche la corne d'abondance, & de la droite le gouvernail. Ce gouvernail de la Fortune, aussi-bien que celui de Sérapis, ne servent point ici à guider le navire, ils sont tous deux sur le pont. Cette belle image renferme, selon toutes les apparences, quelque moralité. Celle qui se présente d'abord est, que la Fortune suit Sérapis & Isis, que les personnes religieuses sont ordinairement favorisées des biens de la fortune. Si cela n'est pas toujours vrai, généralement parlant, cela l'étoit apparemment par rapport à la personne qui a fait graver la pierre, qui étoit peut-être bien dans ses affaires, & qui attribuoit sa bonne fortune à sa dévotion pour Isis & Sérapis ; il croyoit qu'à la faveur de ces divinités, il voguoit heureusement dans la mer de cette vie. D'autres expliqueront peut-être autrement cette pierre, mais sans oser garantir leur explication, comme je ne voudrois pas garantir celle-ci.

II. Sérapis Pluton se reconnoît aisément dans l'image suivante. Il tient le milieu entre Isis & Minerve. Il porte le boisseau sur la tête, tient son sceptre d'une main, & semble ordonner quelque chose de l'autre. A ses pieds est le chien Cerbere à trois têtes : celle de ces têtes qui paroît sur le devant est d'un lion. Isis qui est à la droite de Sérapis, a sur la tête à son ordinaire la fleur du Lotus, & tient de la main droite le sistre, son instrument propre, & de la gauche un vaisseau à anse, ou un seau comme ci-devant. A l'autre côté de Sérapis Pluton est Minerve avec toutes ses marques ordinaires, le casque, l'égide, la pique, le bouclier avec la tête de Méduse. Sçavoir ce que signifient ces trois dieux ensemble ; c'est ce qui n'est pas aisé. L'explication la plus facile seroit de dire que quelque dévot à ces trois divinités les a voulu mettre ensemble.

III. Voici encore Sérapis Pluton avec deux autres divinités. Il est assis sur une chaise à dossier, entre Isis & Apollon : il porte le boisseau sur la tête à l'ordinaire, tient un sceptre, & a le chien Cerbere à ses pieds. On ne voit qu'une tête de ce chien, mais les autres sont apparemment cachées derriere Sé-

---

quorum plerisque Fortuna ceu polus habetur, sinistra manu cornucopiæ tenet, dextera vero gubernaculum. Hoc Fortunæ gubernaculum, perinde atque illud aliud Sarapidis, non regendæ navi deputantur : nam in tabulato sunt ambo. Hæc pulcherrima imago aliquid ad informandos mores opportunum subindicare videtur : hoc autem primum in mentem succurrit, nempe Fortunam sequi Isidem & Serapidem : quod sic intelligas ; relligiosos homines, Fortunæ bonis ut plurimum instructos esse. Illud vero etsi non semper verum sit, etsi contraria exempla non raro occurrant ; forte tamen ei qui lapidem insculpi curavit, apprime competebat, utpote qui Fortunæ muneribus ditatus fuerit, & optabilem sortis suæ conditionem religioso cultui quo Isidem & Sarapidem prosequebatur attribuerit : putabat fortasse faventibus hisce numinibus in hujus vitæ mari se feliciter vela dare. Alii fortasse diversam hujus explicandæ gemmæ viam capessent ; sed rem ut dubiam, nec exploratam, si sapiant, proponent ; quemadmodum & ego hæc quæ jam dixi, non ut asserta, sed ut probabilia protuli.

II. Serapis Pluto in imagine sequenti sese statim consideranti prodit. Inter Isidem & Minervam positus calathum capite gestat, altera manu sceptrum tenet, altera imperare quidpiam videtur. Ad pedes illius visitur Cerberus canis triplici capite : caput autem unum quod sese præbendum conspicit, leonis est. Isis ad dexteram Serapidis stans, florem Loti pro more gestat, dexteraque tenet sistrum, sibi proprium instrumentum, sinistra autem vas ansatum sive situlam ut antea. Ad alterum Serapidis latus Minerva visitur, cum solitis omnibus symbolis atque notis; cum casside nempe, ægide, hasta, clypeo capite Medusæ ornato. Quid porro significent hæc tria simul posita numina, non ita facile est divinare : id autem probabilius dicatur, nimirum quempiam relligionis affectu erga tria isthæc numina permotum, illa simul in una imagine posuisse.

III. En adhuc Sarapidem Plutonem cum duobus aliis numinibus. In sella porro sedet inter Isidem & Apollinem, calathum pro more capite gestat, sceptrum tenet, canemque Cerberum à pedibus habet. Unum tantummodo caput canis hujusce pespicitur, cætera vero capita pone Sarapidem occulta esse videntur : Sarapis autem ad Apollinem


SERAPIS, PLUTON, SOLEIL
Apres la XLIII Pl. du Tome II.
1
2
3
38
M. Fritsch
Tome II apres 43

III. Les Egyptiens pendant le temps qu'ils étoient sous la domination des Grecs, changerent leurs caractéres anciens, & prirent les Grecs qu'ils accommoderent à leur maniere, en conservant pourtant toujours leur ancienne Langue : il n'y a que le caractére qui est Grec, la Langue est toujours Egyptienne. Il y a un grand nombre de siécles que ce changement fut fait; mais on ne sçauroit en assigner précisément le temps. Comme les caractéres Grecs au nombre de 24. ne pouvoient pas suffire pour exprimer tous leurs mots Egyptiens, ils y ajoûterent huit caractéres des leurs; ensorte que la Langue Copte qui est l'ancienne Egyptienne, a dans son alphabet 32. lettres; comme on peut voir dans notre Paléographie Grecque p. 312. & plus amplement dans la *Scala Coptica*, ou le *Prodromus Copticus*, du Pere Kirker. Il ne reste plus en Langue Copte ou Egyptienne, que des livres d'Eglise. Il y en a quantité dans la Bibliotheque du Roi, dans celles de Mgr. l'Evêque de Metz & de M. le Comte de Seignelai, & quelques-uns dans celle de cette Abbaye.

IV. C'est tout ce qui nous reste de l'ancienne Langue Egyptienne, qui n'est pas absolument perduë, quoique nous ne l'ayions aujourd'hui qu'imparfaitement. Pour ce qui est du caractére pur ancien Egyptien, on n'en a guere remarqué que celui que renferment la planche suivante, & la CXL. planche du second tome de l'Antiquité. J'ai vû encore à Rome entre les mains du feu P. Bonjour Augustin Tolosain, habile dans la Langue Copte, une inscription en lettres Egyptiennes de la premiere antiquité comme celles-ci, sur laquelle il s'exerçoit pour tâcher d'en découvrir le sens, & trouver le

---

Ægyptus ab Alexandro Macedone capta est, & Græca dialectus & characteres Græci in Ægyptum allati sunt, & sub Ptolomæis schola Græca Alexandrina admodum floruit. Græce accuratius Alexandriæ scribebatur, quam per totam Græciam; etiamque post Christianam eo allatam religionem hanc Alexandrini laudem sunt consequuti, quod libros elegantius, quam cæteri Græci describerent. Imperator Constans cum Græca Biblia concinne descripta nancisci cuperet, Athanasium illum magnum, id Alexandriæ curaret, rogavit : idque ut credere est, eodem in statu mansit, donec Ægyptus caderet in manum Arabum, qui illo barbariam induxerunt.

III. Ægyptii porro dum sub ditione Græcorum essent, characteres suos veteres commutarunt, Græcosque adhibuerunt ad usum linguamque suam accommodatos; ita ut linguam semper veterem servarent, litterasque tantum immutarent. Hæc mutatio à multis retro sæculis facta est, quo autem id tempore acciderit dicere in promtu non est. Cum autem characteres Græci viginti quatuor numero non essent ad omnes Ægyptiacas exprimendas voces satis, octo ipsi Ægyptios characteres alphabeto Græco adjunxere : ita ut lingua Coptica, quæ est vetus Ægyptia alphabetum habeat triginta duarum litterarum; ut videre licet in Palæographia nostra Græca p. 312. & prolixius pleniusque in Scala Coptica, & Prodomo Coptico Athanasii Kirkeri : libri porro Coptici qui supersunt omnes aut Biblici aut Ecclesiastici sunt. Multi hujusmodi sunt in Bibliotheca Regia, in Colbertina D. Comitis de Seignelai, in Bibliotheca item Episcopi Metensis, & in hoc Cœnobio aliquot.

IV. Hæc solum ex veteri illa Ægyptiaca lingua supersunt, quæ lingua non omnino deperdita est, etsi ea imperfecte hodie habeatur. Quod vero characterem spectat Ægyptiacum purum, in Tabula sequenti conspicimus, nec non in Tabula CXL. secundi Antiquitatis explanatæ tomi. Aliam Ægyptiacam antiquam & puram inscriptionem vidi in manibus R. P. Bonjour Augustiniani Tolosani, linguæ Copticæ periti, qui illius inscriptionis lectionem & sensum summo studio quærebat & explorabat, atque Copticas litteras, cum antiquissimis illis conferebat, ut illarum ope has intelligere posset. Ille

rapport de ces anciennes lettres avec les Coptes. Je ne doute pas que les gens studieux de la langue Copte, dont l'un des plus habiles est aujourd'hui M. David Wilkins Chanoine de Canterburi, & Bibliothécaire de M. l'Archevêque, ne s'éxercent aussi sur ces inscriptions. Un moyen d'y réüssir seroit, si l'on venoit à découvrir des inscriptions d'ancien Egyptien répétées ensuite en Grec, comme on a trouvé de nos jours une inscription Grecque répétée ensuite en langue Palmyrénienne, sur laquelle inscription & sur quelques autres fort petites, d'habiles gens se sont éxercés pour y déterrer la langue Palmyrénienne. S'il s'en trouvoit qui fussent écrites en Grec & en Egyptien; ceux qui se donneroient la peine de démêler ce caractére Egyptien auroient l'avantage d'y chercher une langue qui n'est pas encore morte, & dont il se trouve des livres, qu'on entend & qu'on explique sûrement; avantage, dis je, que n'ont pas eu ceux qui se sont éxercés à déchiffrer ce Palmyrénien.

V. Ce seroit un grand bien pour la République des Lettres, si l'on pouvoit lire & entendre ces anciennes inscriptions Egyptiennes; c'est dequoi conviendront tous ceux qui sont dans ce goût de littérature. Ce sont les Egyptiens qui ont appris aux autres nations, les sciences & les beaux arts. Au rapport d'Herodote, ils ont été les maîtres des Grecs, comme on convient que les Grecs l'ont été des Romains. Ils ont laissé dans toute l'Egypte un grand nombre de bâtimens superbes : de sorte qu'entre les merveilles du monde, celles d'Egypte l'emportent au jugement des anciens sur toutes les autres. Ils étoient si habiles dans les Méchaniques, que des poids immenses, qu'on n'oseroit même penser aujourd'hui à changer de place, ils les transportoient fort loin, & les élevoient sur de hautes bases. Si nous trouvions aujourd'hui des inscriptions qui fissent mention de choses semblables, quelle splendeur cela n'ajoûteroit-il pas aux choses mêmes? Et combien de nouvelles connoissances n'acquererions-nous pas par ce moyen.

Voilà pour ce qui regarde la langue Egyptienne. La forme du caractére ne convient avec aucune autre langue connuë : ce n'est que par certain ha-

---

vero jam pridem viri factus est. Neque dubito quin viri linguæ Copticæ studiosi, in quorum peritissimis censetur D. David Wilkins Canterburiensis Canonicus D. Archiepiscopi Bibliothecarius, studii & operæ multum adhibeant, ut harum inscriptionum sensum attingant. Longe facilius id negotii foret, si quædam inscriptiones ejusmodi veteri Ægyptiaco charactere exaratæ, cum Græca sequenti explicatione occurrerent; ut non ita pridem repertimus inscriptionem Græcam Palmyrenico ibidem charactere & lingua repetitam, quam inscriptionem docti viri quidam accuratius examinarunt, ut linguam Palmyrenam, si fieri posset, assequerentur & intelligerent. Si porro quædam inscriptiones ex tenebris eruerentur, Græco & Ægyptiaco subinde charactere exaratæ, qui Ægyptium characterem legendum intelligendumque susciperent, eo felicius huic studio operam dare possent, quod linguam perquirerent nondum exstinctam, quæque adhuc in libris exstat, in libris, inquam, quos aliqui licet pauci legunt, & interpretantur; qua conditione non fuerunt ii qui Palmyrenicas inscriptiones explicare tentaverunt.

V. Quantum intersit reipublicæ litterariæ ut inscriptiones illæ Ægyptiacæ veteres legantur & intelligantur, nemo litteratus non videt. Ægyptii quippe primi fuere qui disciplinas & artes, cæteras docuere nationes. Illi, referente Herodoto, vere fuere Græcorum magistri, ut & Græci Romanorum. Ædificia omnium splendidissima per totam Ægyptum exædificarunt; atque in mirabilibus orbis structuris, Ægyptiacæ omnibus fatentibus scriptoribus primas tenent. Mechanicam apprime tenebant, ita ut quas moles hodie ne movere quidem peritissimi auderent, illi & procul transvexerint, & erexerint. Quid splendoris istis omnibus adderetur, si inscriptiones has similesque res commemorantes, legeremus; & si inde tantarum rerum notitiam percipere liceret?

Hæc quantum ad linguam Ægyptiacam dicta sunto. Characterum forma cum nulla alia lingua, quam quidem noverimus, consentit. Casu autem

zard qu'on y voit ſouvent le 2. le 3. & le 4. de chiffre, & qu'en certains endroits, comme à la colomne ſixiéme, & en comptant de la droite à la gauche, on lit fort clairement & diſtinctement 443. 112. & 431. Ce même hazard fait qu'on y rencontre auſſi des lettres Grecques & d'autres Latines.

omnino accidit ut hæ notæ, 2. 3. & 4. frequenter inter characteres occurrant; utque in ſexta columna à dextera ad ſiniſtram diſtincte & clare legatur 443. 112. & 431. Fortuito item accidit ut litteræ Græcæ & Latinæ alibi compareant.



CHAPITRE VIII.

I. Les douze colonnes de ce monument, sont pour les douze mois. L'Ecriture Egyptienne est de la droite à la gauche comme l'Hebreu. II. Les noms des mois Egyptiens. III. Les figures à l'un des côtés du Calendrier. IV. Figures sur les colonnes du Calendrier. V. Figures de l'autre côte du Calendrier. VI. Quel des mois Egyptiens est le premier dans ce Calendrier. VII. Que peuvent contenir ces colonnes du Calendrier Egyptien.

I. CES douze colomnes sont, à ce qu'il me semble, pour les douze mois de l'année, chaque colomne pour son mois. Il est certain à n'en pas douter que cette écriture se lisoit comme l'Hebreu de la droite à la gauche, & d'une maniere opposée à celle dont nous lisons & écrivons. Une preuve certaine de cela, c'est que tous les premiers mots de chaque colomne sont écrits sur l'original en ce sens en lettres rouges, & cela au commencement de la premiere ligne; après quoi cette premiere ligne est continuée avec de l'encre, & toutes les autres sont écrites de même. Ces premiers mots en lettres rouges, sont selon toutes les apparences les noms des mois. Une autre preuve indubitable que ce Calendrier est écrit à la maniere des Hébreux; c'est qu'une grande partie des dernieres lignes de chaque colomne n'est pas finie, comme il arrive ordinairement dans nos écritures, où le texte finit avant que la derniere ligne ait attrapé la longueur des précédentes. C'est par là que nous voyons manifestement que les colomnes du Calendrier sont écrites de la droite à la gauche; de même qu'un homme qui ne connoîtroit ni notre langue ni nos caractéres, jugeroit d'abord par cette maniere de finir la ligne, que nous écrivons de la gauche à la droite. Cela revient à ce que dit Herodote 2. 36. *Les Grecs écrivent de la gauche à la droite & les Egyptiens de la droite à la gauche. Ils disoient aussi qu'ils agissoient à droite, & les Grecs à gauche.*

CAPUT VIII.

I. Duodecim columnæ inscriptæ, duodecim anni menses spectant. Scriptura Ægyptia est à dextera ad sinistram ut Hebraica. II. Nomina mensium Ægyptiorum. III. Figuræ quædam ad latus alterum Calendarii. IV. Figuræ supra columnas Calendarii. V. Figuræ ab altero latere Calendarii. VI. Quis Ægyptius mensis primus sit in hoc Calendario. VII. Quid in columnis descriptio Ægyptiaci Calendarii continere potuit.

I. HÆ duodecim columnæ, ut mihi quidem videtur, duodecim anni menses respiciunt; ita ut quælibet columna mensem suum indicet. Certum autem indubitatumque est hanc scripturam Hebræorum more legendam esse à dextera ad sinistram, contra quam nos legimus ac scribimus, nempe à sinistra ad dexteram. Id inde clare commonstratur, quod prima verba omnia in primo exemplari initio cujusque versus, hac ratione minio descripta sint, deinceps que versus totus atramento continuetur; cæterique versus omnes eodem pacto describantur. Hæc porro verba minio descripta nomina mensium omnino videntur esse. Alio nec minoris monumenti argumento probatur Calendarium Ægyptium Hebræorum more descriptum esse; quia nempe plerique postremi versus columnarum desinant antequam totum linea spatium occupent; ut persæpe in scriptura quoque nostra accidit, ut nempe tota series desinat, antequam postremus versus ad cæterorum præcedentium versuum longitudinem attingat. Hinc vero deprehendimus Calendarii columnas à dextera ad sinistram descriptas esse, quemadmodum si quis nec linguam nec characteres nostros nosset, ex nostro tamen versus finiendi more, nullo negotio intelligeret nos à sinistra ad dexteram scribendi more procedere. Idipsum habet Herodotus 2. 36. *Græci à sinistra ad dexteram scribunt; Ægyptii vero à dextera ad sinistram; ideoque dicebant se à dextera, Græcos à sinistra procedere.*

J'aurois

J'aurois bien voulu faire marquer en lettres rouges ces premiers mots comme ils ſont dans l'original ; mais comme l'on m'a repréſenté que dans une ſi grande planche il étoit très-difficile que cela fût bien éxécuté ; j'ai crû qu'il ſuffiroit de faire ſouligner éxactement tous ces premiers mots, enſorte qu'on pût facilement les diſtinguer des autres. Ces noms Egyptiens des mois que les anciens nous ont conſervés, pourront peut-être ſervir à ceux qui voudront s'éxercer pour trouver un alphabet ; ce qui ſeroit un grand acheminement pour la lecture & l'intelligence de la langue Egyptienne.

II. Les mois commençoient par Thoth, qui répond à Septembre ; c'eſt le commun ſentiment des anciens & des Chronologiſtes. Cependant Coſmas, Moine Egyptien, qui vivoit du temps de l'Empereur Juſtinien, met deux fois & en deux endroits différens pour le premier mois, Pharmuti qui répond à Avril, & fait commencer l'année au premier mois du printemps. Voici les noms des mois comme il les donne, nous les mettons dans l'ancien ordre.

THOTH, Septembre.
PHAOPHY, Octobre, d'autres écrivent Paophi.
ATHYR, Novembre.
CHOÏAC, Décembre.
TYBI, Janvier.
MECHIR, Février.
PHAMENOTH, Mars.
PHARMUTHI, Avril.
PACHON, Mai.
PAÜNI, Juin.
EPIPHI, Juillet.
MESORI, Août.

III. Ce Calendrier de douze mois, dont chacun occupe ſa colomne, a ſur les deux côtés des figures & de l'écriture, qui ſe rapportent apparem-

---

Prima porro cujuſquæ columnæ verba rubro colore, ut in archetypo ſunt, in tabula etiam noſtra repræſentari percuperem ; ſed quoniam, ut dicunt operæ, in tam ampla tabula vix poſſent hæc ſola verba minio depingi ; ſat eſſe putavi, ſi prioribus verbis ſingulis lineolam ſupponi curarem, quæ verbi longitudinem totam occuparet, ut facile poſſet à ſequentibus verbis diſtingui. Hæc nomina menſium Ægyptiaca quæ nobis veteres tranſmiſerunt, uſui fortaſſe erunt iis qui voluerint alphabetum Ægyptiacum exquirere ; quo ſemel reperto, veteres Ægyptiacæ inſcriptiones & legi & intelligi poſſent.

II. Initium menſium ducebatur à *Thoth*, qui menſis Septembri reſpondet, ut veteres omnes dicunt, & ſecundum illos Chronologi noſtri & ſuperioris ævi. Attamen Coſmas Monachus Ægyptius, qui Juſtiniani Imperatoris tempore ſcripſit, bis, duobus ſcilicet in locis, perſpicue notat menſem Pharmuthi qui Aprili reſpondet, pro primo anni menſe ; ita ut anni initium à verna tempeſtate ducat. En ipſa nomina menſium, ut ab eodem Coſma bis deſcribuntur, ſed ſecundum vetuſtiorem ordinem.

THOTH, September.
PHAOPHY, October, alii ſcribunt PAOPHI.
ATHYR, November.
CHOÏAC, December.
TYBI, Januarius.
MECHIR, Februarius.
PHAMENOTH, Martius.
PHARMUTHI, Aprilis.
PACHON, Maius.
PAÜNI, Junius.
EPIPHI, Julius.
MESORI, Auguſtus.

III. Hoc itaque eſt Ægyptiacum Calendarium duodecim menſium, qui ſinguli menſes ſuam occupant columnam. Ad latera vero Calendarii figuræ quædam & characteres Ægyptiaci conſpi-

ment à l'année, & à ses parties en général, & sur chaque mois quelque figure d'hommes, ou d'animaux, ou peut-être de divinités Egyptiennes ausquelles les mois pouvoient être consacrés. Sur le premier côté qui est vis-à-vis du premier mois, on voit d'abord une petite colomne pleine d'écriture, & dans une autre colomne plus large un homme à tête d'animal, qui pourroit bien être un Anubis : il paroît emmailloté, comme sont ordinairement plusieurs figures Egyptiennes. Il tient une corde par le milieu, dont les deux bouts touchent à terre, & font un triangle. Au haut de l'image est écrit un grand mot, qui pourroit être le nom de cette divinité. Au-dessous est une autre image semblable à la précédente, à cette différence près qu'elle a une tête d'oiseau ; cela pourroit être une Osiris à tête d'épervier. L'écriture qui est sur sa tête nous instruiroit apparemment si l'on pouvoit la lire.

IV. Au-dessus de la colomne de chaque mois, il y a une figure. Le premier mois n'a qu'un quarré long. Celle du second est une femme, de la coëffure de laquelle s'élevent cinq pointes, qui sont peut être une couronne radiale. Elle tient de ses deux mains un instrument que chacun peut considérer. Au troisiéme mois on voit un petit animal monstrueux qui se tient devant un quarré long. Au quatriéme un homme à tête de chien, ou d'autre animal. Au cinquiéme un cochon, qui porte sur son dos un certain instrument. Au sixiéme sur un quarré long, on voit une figure qui se trouve souvent en Egypte parmi ces figures bizarres des Egyptiens, & à l'autre bout, un bâton courbé comme ces bâtons des Satyres & des Bacchants. Au septiéme trois femmes étendent leurs bras pour soutenir certain instrument sur lequel est un serpent, qui fait plusieurs plis & replis de son corps. Au huitiéme, un chien couché. Au neuviéme, une figure d'homme à tête d'animal, qui tient une épée de chaque main. Elle paroît être sous un escalier : tout cela signifioit pour des gens qui étoient initiés. Au dixiéme, un homme à tête d'animal, qui tient une épée ou une pointe, & devant lui un croissant de lune, & une lettre Egyptienne : ce qui marque apparemment quelque lunaison considérable de ce mois. A l'onziéme, un autre monstre avec une

---

ciuntur, quæ omnia videntur & annum & partes ejus præcipuas generatim spectare. Supra columnas vero singulas, singulæ figuræ sunt hominum, animaliumve, fortasseque numinum, quibus singuli menses consecrati olim fuerint. Ad primum latus è regione primi mensis statim visitur columella litteris plena, & secundum hanc alia latior, ubi homo conspicitur ferino capite, qui est fortassis Anubis; fasciis ligatus esse videtur, quemadmodum & multæ aliæ Ægyptiacæ figuræ. Funem à medio tenet, cujus extrema duo terram contingant & triangulum efficiant. Imminent ejus capiti litteræ, quæ fortasse dei hujusce nomen exprimant. Sub hac imagine altera est huic similis, cum hoc tamen discrimine, quod hæc inferior caput avis habeat: estque forte, (nam quis id affirmare ausit) Osiris accipitrino capite : quæ scriptura capiti ejus imminet, quis sit fortasse doceret, si legi posset.

IV. Supra cujusque mensis columnam figura quæpiam est. Primus mensis parallelogrammum tantum habet. Figura secundi mensis, mulier est ex cujus capiti ornatu quinque virgulæ eriguntur, quæ radiatam fortasse coronam efficiunt. Ambabus tenet manibus instrumentum, quod cuique considerandum relinquitur. In tertio mense animal quodpiam monstri simile ante parallelogrammum stat. In quarto vir aut canis aut alterius animalis capite adest. In quinto sus quodpiam instrumentum gestans. In sexto supra parallelogrammum figura quæpiam visitur monstrosa, qualis sæpe inter Ægyptias illas monstrosas figuras conspicitur, ad alteramque oram virga recurva instar earum quæ in manibus Satyrorum atque Bacchantium sæpe visuntur. In septimo tres mulieres brachia extendunt ut aliquod instrumentum sustentent, cui insidet serpens gyris multis complicatus. In octavo canis decumbens. In nono figura hominis ferino capite, utraque manu gladium gestantis : sub scala autem quapiam esse videtur. Hæc porro omnia initiatis nota erant. In decimo, homo ferino capite gladium sive spiculam tenet, & ante illum Luna crescens ac littera quædam Ægyptia, quo fortassis aliqua

épée ou une pointe à chaque main. Au douziéme, autre monstre qui ne tient qu'une épée.

V. Les figures qui se voyent à l'autre côté du Calendrier, semblent demander plus de réfléxion que tout ce que nous venons de dire. Je vois quelque jour à les expliquer en soumettant ma conjecture aux lecteurs habiles. Il y a quatre rangées de figures, qui ont chacune au-dessus leur écriture, qu'on ne peut ni entendre ni lire : à la premiere rangée en comptant de la droite à la gauche à l'ordinaire, on voit un quarré au-dessus duquel sont deux serpens l'un sur l'autre, qui font des plis & replis de leur corps ; je croirois que cette premiere figure marque l'année. Les trois autres sont des figures noires circulaires, qui se rétrécissent par le bas & se terminent en lignes droites. Je les prens pour les trois saisons de l'année. Dans les plus anciens temps on n'en comptoit que trois comme nous avons prouvé au commencement du premier Tome ; sçavoir, le Printemps, l'Eté & l'Hyver. Les trois rangées de dessous contiennent chacune quatre quarrés longs, qui font les douze mois de l'année, divisés en trois classes & en autant de saisons, ce qui confirme ce que je viens de dire. Il me semble que cela a beaucoup d'apparence. Cependant il n'est pas juste qu'un seul décide sur des choses si obscures, attendons le jugement des autres.

Reste à éxaminer deux choses importantes & très difficiles à décider ; la premiere est, lequel des mois Egyptiens est le premier dans ce Calendrier ; la seconde, que peut contenir cette écriture en neuf ou dix lignes, que nous voyons dans chaque colomne après le nom du mois.

VI. Pour ce qui regarde la premiere question; il est certain selon tous les Chronologistes, que dans les anciens temps les Egyptiens ne mettoient point de jours intercalaires, & que les mois & le commencement de l'année rétrogradoient tous les quatre ans d'un jour : de sorte que le premier jour de l'année après avoir parcouru dans un long espaces d'années tous les jours, & tous les mois, & toutes les saisons, revenoit enfin à son premier point pour recommencer à l'ordinaire en rétrogradant toujours de même : cela dura jusqu'après la mort de Marc-Antoine & de Cléopatre, où les Egyp-

---

in hoc mense Luna significatur. In undecimo aliud monstrum cum gladio sive spiculo in utraque manu. In duodecimo aliud monstrum gladium tenens.

V. Quæ ad alteram Calendarii latus observantur figuræ, majori utique consideratione atque attentione dignæ sunt. Hic vero mihi lucis quidpiam affulgere videtur, & quid in mentem venerit expromam : conjecturam tamen meam erudito lectori explorandam mitto. Quatuor hic figuratum ordines conspicimus, singulis imminet inscriptio, quam nec legere, nec capere, vel explicare possumus. In primo ordine, si à dextra ad sinistram numeremus, observatur primo quadrata figura, cui imminent duo serpentes, alius superne, alius inferne positus, uterque vero gyris aliquot seu flexibus plicatur. Hanc priorem figuram annum putaverim significare. Tres aliæ figuræ nigræ circularesque sunt, inferne vero angustiores, in lineam rectam terminantur, illas vero pro tribus anni tempestatibus habeo. Priscis enim temporibus tres tantum numerabantur, ut initio primi tomi probavimus; Ver nempe, Æstatem & Hiemem. Tres ordines inferiores, quater singuli quadratam oblongam figuram exhibent duodecim nempe menses ; tres in classes divisi secundum tres anni tempestates, ita ut quælibet classis seu anni tempestas, quatuor menses exhibeat ; unde etiam confirmatur illud quod superius dixi de anno & de anni tempestatibus. Hæc mihi quidem verisimilia videntur. Neque tamen æquum censeo ut ex unius judicio quid sit putandum stabiliatur ; eaque de re eruditorum judicium exspecto.

Restat ut duas res exploremus, non minus curiosas, quam explicatu difficiles. Primo, quis ex Ægyptiis mensibus in hoc Calendario primum locum occupet. Secundo, quid in singulis singulorum mensium columnis contineri posse videatur.

VI. Quod ad primam quæstionem attinet, certum est secundum omnes Chronologos, Ægyptios priscis temporibus, non admisisse dies intercalares, unde accidebat ut quarto quoque anno vertente, caput anni retro abiret, & unum anticiparet diem, ita ut multis intercurrentibus annis, ille primus anni dies, per omnes dies & menses & anni tempestates vagaretur, donec pristinum repeteret locum : illudque donec sublatis M. Antonio &

tiens réglerent leur année ſelon l'année Julienne. „ Depuis ce temps-là, dit „ le P. Petau, (Ration. Part. 2. l. 1. c. 13.) leur année ceſſa de courir, en „ retrogradant, & par le moyen de l'intercalation, elle commençoit tous les „ quatre ans au même point. Le commencement de cette année, où la „ Néoménie du mois Thoth, fut fixée au vingt-neuviéme jour du mois d'Août, „ où l'on fait aujourd'hui la fête de la décolation de S. Jean-Baptiſte. " Cela poſé, comme ce Calendrier a été indubitablement fait bien des ſiécles avant Marc-Antoine & Cléopatre, il doit commencer par le mois Thoth, à moins qu'il n'y eût quelque rubrique particuliere, & que nous ne ſçavons pas. Car comme depuis cette réformation du Calendrier on n'a pas toujours compté uniformément les mois de l'année comme nous l'allons voir; il peut ſe faire que dans ce grand nombre de ſiécles qui ont précédé la réformation, il y a eu auſſi des variations que ni les auteurs ni les monumens ne nous ont pas appriſes.

Thoth qui répond à Septembre eſt communément compté pour le premier mois: je ne vois pas qu'on varie là-deſſus. Mais Coſmas Moine Egyptien, qui écrivoit du temps de l'Empereur Juſtinien, compte pour le premier mois Pharmuthi qui répond à Avril, Thoth qui répond à Septembre eſt le ſixiéme mois, & cela eſt répété de même dans deux tables ou deux cercles. Il ſemble qu'on ne puiſſe pas douter qu'on ne comptât ainſi de ſon temps à Alexandrie. Mais c'étoit dans les plus bas temps: & j'ai peine à croire qu'on ait gardé cet ordre dans notre Calendrier qui eſt de l'Antiquité la plus reculée: il y a plus d'apparence qu'on aura gardé l'ancien ordre qui commence par Thoth, & continue comme nous avons mis ci-deſſus.

VII. L'autre queſtion plus difficile à réſoudre eſt que peuvent contenir ces colomnes qui commencent par les noms des mois, & continuent juſqu'à neuf ou dix lignes d'écriture. S'il en falloit juger par les Calendriers Romains que l'Antiquité nous a tranſmis; ce Calendrier contiendroit ſur chaque mois les fêtes qu'on y célébroit & dont on marquoit les jours, les jeux publics, les jours de la mort de certains Rois, les courſes des chevaux, les temps où

Cleopatra, annum ſuum Ægyptii ad Juliani modum redegerunt: *Ab illo tempore*, inquit Petavius Rationarii part. 2. l. 1. cap. 13. *deinceps vagari popularis eorum annus deſiit: ſed intercalationis freno revocatus eſt quarto quoque anno priſtinam in ſedem. Caput hujus, ſive Neomenia Thoth, hæſit in Romani Auguſti die vigeſimo nono, qui Decollationi ſancti Joannis hodie dicatus eſt.* Qua re poſita, cum hoc Calendarium aliquot ſæculis ante Marcum Antonium & Cleopatram factum fuiſſe videatur, à menſe Thoth initium ducat oportet; niſi forſitan ritus aliquis peculiaris adfuerit quem nos fortaſſe ignoramus. Nam ſicut ab illa Calendarii reformatione, menſes anni non eumdem ſemper in numerando ordinem tenuerunt, ut mox videbitur; in tanto reformationem illam præcedentium ſæculorum numero fieri potuit, ut aliqua in ordinem menſium mutatio induceretur, quam nec ſcriptores nec monumenta doceant.

Thoth qui Septembri noſtro reſpondet, primus vulgo menſis numeratur, nec inter priſcos ſcriptores aliquam ea in re varietatem obſervo. Verum Coſmas Monachus Ægyptius, qui Juſtiniani Imperatoris tempore ſcribebat, primum ponit menſem Pharmuthi qui Aprilis eſt noſter; Thoth autem qui Septembri reſpondet, ſextus eſt menſis. Illud autem apud Coſmam bis repetitur in duabus nempe tabulis ſeu duobus circulis; ita ut vix dubitare liceat, id anni initium tunc Alexandriæ fuiſſe. At mos ille infimis tantum ſæculis invaluerat: ac vix crederem hunc ordinem tunc ſervatum fuiſſe cum hoc Calendarium remotiſſimæ ſane vetuſtatis concinnatum eſt. Veri ſane ſimilius eſt hic priſcum ordinem ſervari quo à menſe Thoth incipiebatur, & ut ſupra diximus continuabatur.

VII. Altera quæſtio longe difficilior, quid in hiſce columnis contineatur, in queis primo menſis nomen ponitur, deindeque ſcriptura ad novem decemve uſque verſus ducitur. Si ex Calendariis antiquis Romanis ad noſtram uſque ætatem tranſmiſſis conjecturam ſumere liceret, hoc Calendarium in ſingulis menſibus complecteretur dies feſtos & ferias ſolemnes, aſſignatis cujuſque diebus ludos publicos, emortuales Regum quorumdam

l'on faisoit les travaux de la campagne, & les récoltes. Mais ce seroit deviner que de régler sans autre preuve l'ancien Calendrier Egyptien sur celui de Rome. On parleroit avec plus de vraisemblance si l'on disoit, que les Egyptiens observoient dans ces anciens temps du moins quelques usages de ceux que les Egyptiens des plus bas temps gardoient, & que dans le Calendrier qu'a suivi Cosmas l'Egyptien, il peut y avoir quelques rites qui étoient venus comme par succession de pere en fils jusqu'aux Egyptiens de son temps. Le lecteur ne sera pas fâché de trouver ici ce qu'il marque sur chaque mois, dans les deux tables circulaires qu'il a données dans sa Topographie Chrétienne p. 190. & 338. Nous mettrons ici les mois dans le même ordre qu'il les met sur les deux Tables.

1. *Pharmuthi* est Avril, sous le signe du bélier. C'est le premier mois du Printemps, où se fait la récolte de l'ail.

2. *Pachon* ou Mai, sous le signe du taureau; c'est le second mois du Printemps, où l'on cueille le fruit qu'on appelle *Cinnæ* ou *Cinnaræ*, ce sont les artichaux que Cosmas a représentés en figure comme tous les autres fruits.

3. *Païni* ou Juin, sous le signe des jumeaux; c'est le troisiéme mois du Printemps, où se recueillent les noix Arméniennes; c'est une espece de fruit qui ressemble à des olives.

4. *Epiphi* est Juillet, sous le signe du cancer; c'est le premier mois de l'Eté, où se recueille le froment, & un certain fruit nommé Copymora, qui paroît être une espece de meures.

5. *Mesori* est Août, sous le signe du lion; c'est le second mois de l'Eté, où se recueillent les figues & les grappes de raisin.

6. *Thoth* ou Septembre, sous le signe de la Vierge; c'est le troisiéme mois de l'Eté, où l'on recueille en Egypte les olives & les pêches.

7. *Phaophi* ou Octobre, sous le signe de la balance; c'est le premier mois de l'Automne, où l'on fait la récolte des dattes.

8. *Athyr* ou Novembre, sous le signe du scorpion; est le second mois de l'Automne, où se fait la récolte des asperges.

9. *Choiac* ou Décembre, sous le signe du sagittaire; est le troisiéme mois de l'Automne, où l'on cueille les mauves.

---

dies, equorum decursiones, rustica opera, messes & fruges. Sed vetus Calendarium Ægyptiacum ad Romanorum Calendariorum normam, nulla data probatione, redigere, illud certe divinare esset. Vero similius diceremus priscos illos Ægyptios, aliqua saltem eorum servavisse, quæ posteriorum temporum Ægyptii observabant, & in Calendariis, quæ sequutus est Cosmas Ægyptius, aliqua saltem haberi priscorum rituum, quæ successione quadam ad Ægyptios usque sui temporis devenerant. Neque ingratum lectori fore speramus, si hic apponantur ea quæ ad singulos ille menses annotat, in duabus nempe tabulis circularibus quas ipse dedit in Topographia sua Christiana p. 190. & 338. Menses autem eodem hic ordine locamus, quo ipse in duabus tabulis constituit.

ά. Φαρμυθί. 1. Pharmuti est Aprilis, sub signo arietis, primus Vernæ tempestatis mensis, quo colliguntur allia.

β'. Παχών. 2. Pachon sive Maius sub signo tauri: est secundus Vernæ tempestatis mensis, quo colliguntur *κίνναι cinnæ* sive cinnaræ, quas Cosmas Ægyptius depinxit, ut & alios fructus.

γ'. Παυνί. 3. Païni, sive Junius, sub signo geminorum, tertius Vernæ tempestatis mensis, quo decerpuntur nuces Armeniacæ ibidem depictæ, quæ olivas non male referunt.

δ'. Επιφί. 4. Epiphi, seu Julius sub signo cancri, primus Æstatis mensis, quo colligitur frumentum, & quidam fructus nomine *κοπύμωρα*, quod videtur esse mororum genus quodpiam.

έ. Μεσορί. 5. Mesori, sive Augustus, sub signo leonis, secundus Æstatis mensis, quo ficus & uvæ decerpuntur.

ς'. Θωθ. 6. Thoth September, sub signo Virginis, tertius est Æstatis mensis, quo colliguntur in Ægyptio *ἐλαιορόδακνα*, quo significantur ut puto, olivæ & Persica mala.

ζ'. Φαωφί. 7. Phaophi October, sub signo libræ, primus Autumnis mensis, ubi dactyli palmarum dercerpuntur.

ή. Αθύρ. 8. Athyr, sive November sub signo scorpionis, secundus Autumni mensis, quo evelluntur asparagia.

θ. Χοιακ. 9. Choiac December, sub signo sagittarii, est tertius Autumni mensis, quo colliguntur malvæ.

10. *Tybi* eſt Janvier, ſous le ſigne du capricorne; c'eſt le premier mois de l'Hyver, qui donne la chicorée.

11. *Mechir* ou Février, ſous le ſigne du verſeau; eſt le ſecond mois de l'Hyver, qui donne un fruit nommé Aglatia, que nous ne connoiſſons point.

12. *Phamenoth* eſt Mars, ſous le ſigne des poiſſons; le troiſiéme mois de l'Hyver, qui donne les citrons.

Voilà ce que portoit le Calendrier Egyptien, du temps de Coſmas & ſous l'Empire de Juſtinien. Il y avoit apparemment eu bien du changement depuis ces anciens temps. On comptoit alors quatre ſaiſons, & l'antiquité la plus reculée n'en admettoit que trois. Mais du temps de Coſmas il y avoit plus de huit ſiécles qu'on en comptoit déja quatre en Egypte, comme nous avons vû à la pompe de Ptolemée. Les années commençoient en ces bas temps par Avril, au lieu qu'anciennement elles commençoient en Septembre.

[illegible] 10. Tybi, Januarius, ſub ſigno capricorni, primus Hybernæ tempeſtatis menſis, quo naſcuntur [illegible], ſive intubus hortenſis.

[illegible] 11. Mechir Februarius, ſub ſigno Aquarii, ſecundus Hybernæ tempeſtatis menſis, qui fructum dat Aglatia nomine, nobis omnino ignotum.

[illegible] 12. Phamenoth, Martius, ſub ſigno Piſcium, tertius Hybernæ tempeſtatis menſis, qui profert [illegible], qua voce ſignificari videntur citri; ſed appoſita figura citros referre nullo modo videtur.

Hæc in Ægyptiaco Calendario erant tempore Coſmæ Ægyptii Monachi, Imperante Juſtiniano. A priſcis autem illis temporibus res novæ multæ invectæ fuerunt: nam infimis hujuſmodi ſæculis quatuor anni tempeſtates numerabantur; antiquiſſimis vero temporibus tres ſolum horæ ſive anni tempeſtates nominabantur. At Coſmæ ævo jam à plus quam octo ſæculis, quatuor horæ Alexandriæ numerabantur, ut vidimus in Ptolemæi pompa. Infimis etiam hiſce temporibus anni ab Aprili incipiebantur, ut vidimus; antea vero à Septembri initium anni ducebatur.



CHAPITRE IX.

I. Figures remarquables Egyptiennes. II. Le corps d'Osiris avec une tête de Monstre.

I. UNE autre image fort remarquable se voit au bas de la même planche sous le Calendrier, elle est séparée en deux au milieu par deux lignes, & forme comme deux tableaux. Le premier & le plus haut tableau, nous offre d'abord un spectacle tout nouveau; c'est d'un côté un homme assis sur une chaise, & une femme derriere lui: la tête manque à l'un & à l'autre, apparemment par quelque accident. Devant cet homme on voit comme un buffet à cinq étages, le premier & le plus bas est composé de barreaux qui semblent faits pour soutenir le second. A ce second étage on voit d'abord la tête coupée d'un homme dans un bassin, spectacle tout nouveau dans les monumens Egyptiens; après vient un vase à une anse, un oiseau, deux petits pilliers de ballustrade. Au troisiéme est d'abord un oye immolé dont la tête pend en bas, une coupe & un autre oiseau. Au quatriéme trois bassins & une coupe. Au cinquiéme des especes de petites colomnes. A l'autre côté est une personne de mauvaise maniere, qui éleve ses deux mains, & paroit effrayé à l'aspect de tant d'énigmes: ce pourroit bien être une femme, & apparemment une Isis.

II. Le tableau d'en bas est encore fort singulier. Le corps d'Osiris mort se voit sur un lion, ou sur un banc fait à la maniere d'un lion; nous en avons déja remarqué plusieurs de cette maniere; en voici encore un plus singulier en ce qu'au lieu d'un visage d'homme il a un long museau, on ne sçait de quelle espece de bête, je n'en connois point qui l'ait fait de même. La tête coupée que nous venons de voir en haut seroit-elle d'Osiris, & celle que nous voyons ici seroit-elle mise en sa place? Ce ne seroit pas la premiere fois que nous verrions la tête d'un animal mise sur le corps d'un dieu ou d'une déesse, & la véritable tête posée auprès au bout d'un bâton. Il est d'ailleurs certain que

---

CAPUT IX.

I. Figuræ singulares Ægyptiacæ. II. Corpus Osiridis cum monstri capite.

I. ALia & quidem admodum spectabilis imago eadem in tabula sub Calendario conspicitur. Illa vero duas in partes dividitur per duas intersecantes lineas, sicque duæ quasi tabellæ efficiuntur. Prima superne posita tabella spectaculum statim novum offert. In altero latere vir in sella sedens mulierem à tergo habet: utriusque vero caput casu quopiam sublatum est. Ante hujusmodi virum multa spectanda offeruntur in quadam machina, ubi quinque rerum ordines gradatim positi offeruntur. Primus clathris constat, qui videntur ad secundi ordinis tabellam sustinendam positi; in hac porro tabella conspicitur primo caput viri abscissum & in disco positum, spectaculum plane novum in monimentis Ægyptiacis; hinc vasculum ansatum, avis, pilæ duæ minores quæ clathros referant. In tertio ordine, anser immolatus, cujus caput inferne pendet, poculum & avis alia. In quarto, tres disci, & crater: quintus columellis quibusdam constat. In alio latere homo visitur rudi admodum forma delineatus, qui manus attollit, tam insolenti tam ænigmatico spectaculo attonitus. Est forte mulier, & si mulier sit, Isis erit.

II. Inferior tabella spectabilis est. Osiridis cadaver supra leonem vel supra scamnum ad leonis formam aptatum, extenditur; jam complures eadem forma vidimus; hic porro ea in re cæteris singularior est, quod pro vultu hominis, rostrum habeat oblongum animalis nescio cujus, neque uspiam simile me videre memini. An abscissum caput quod supra vidimus, Osiridis est? An vero caput ferinum ejus hîc loco positum fuerit? illud vero non semel jam visum fuit, ut caput feræ animalisve cujuspiam hominis corpori imponatur; hominis vero ejusdem caput verum, è vicino scipioni affixum ponatur.

ſelon la fable, Typhon avoit découpé en piéces le corps d'Oſiris, & qu'Iſis en raſſembla les parties. Aux pieds d'Oſiris eſt Anubis, qui embraſſe ce corps mort, & au-deſſous du lion quatre Canopes que nous voyons auſſi dans pluſieurs autres images d'Oſiris mort. Aux deux extrémités ſont deux Iſis qui menent deuil ſur cette mort. Il n'eſt pas rare chez les Egyptiens de voir la même divinité répétée ſur une image. Voici le cinquiéme Oſiris mort que nous voyons dans ces monumens. La premiere image eſt dans la bordure de la table Iſiaque; la ſeconde eſt dans la planche des Pyramydes d'Egypte; la troiſiéme a été donnée ci-devant avec Iſis; la quatriéme paroitra tout-à-l'heure dans un Abraxas; la cinquiéme eſt celle-ci; on peut y en ajoûter une ſixiéme, qui ſe trouve dans une pierre du Sénateur Capello, imprimée dans une planche des Abraxas; c'eſt à la CLXXVI. du ſecond tome de l'Antiquité. Dans celle-là ce n'eſt pas un lion, ni un banc fait comme un lion qui ſoutient le corps d'Oſiris mort; c'eſt une autre bête vivante qui revient aſſez à un ſanglier & a une gueule béante. Anubis y fait ſa fonction ordinaire, & il paroît là couronné. Deux Iſis ſont l'une à la tête, l'autre aux pieds d'Oſiris mort. L'écriture qui eſt au bas de ce tableau eſt écrite de la droite à la gauche comme dans le Calendrier Egyptien, c'eſt la vraie écriture Egyptienne, non hieroglyphique, & c'eſt pour cela que nous l'avons miſe dans cette planche auſſi-bien que la ſuivante, où l'on voit ſur une eſpece d'autel un oiſeau, qui pourroit bien être un épervier pris ſouvent pour Oſiris, comme pluſieurs monumens & Plutarque en font foi; un homme dans une poſture humiliée tient une patere comme pour lui ſacrifier. L'écriture qui eſt au-deſſous eſt la même que la précédente. Une choſe pourroit d'abord faire croire qu'elle eſt écrite de la gauche à la droite à notre maniere; c'eſt que la derniere ligne qui n'eſt pas achevée, finit vers la droite. Mais cela ne peut arrêter ici. Ces caractéres qui viennent ſi ſouvent dans l'Ecriture Egyptienne 3. 4. y ſont au même ſens que l'écriture précédente: ainſi ces lettres auront été écrites au-deſſous de l'extrémité de la ligne précédente, ſans en recommencer une autre, comme nous faiſons nous-mêmes aſſez ſouvent.

Alioquin autem certum eſt in fabula ferri, Oſiridis corpus à Typhone in partes varias diſſectum fuiſſe, illaſque partes Iſidem collegiſſe: in extrema tabella hac ex inde duæ Iſides Oſiridis necem lugentes conſpiciuntur. Neque inſolens eſt apud Ægyptios eumdem deum eamve bis eadem in tabula repræſentatam cernere. En jam quinto Oſiridis cadaver conſpicimus in hujuſcemodi monimentis: primo in ora menſæ Iſiacæ; ſecundo in tabula pyramydum Ægyptiacarum; tertiam imaginem ſupra cum Iſide repræſentavimus; quarta in Abraxæa gemma mox dabitur; quinta hæc eſt de qua nunc agimus; ſextam adjicere poſſumus, nempe in Abraxæa gemma V. Cl. Senatoris Capelli quam dedimus in tabula CLXXVI. ſecundi Antiquitatis explanatæ tomi: in illa vero neque leo, neque ſcamnum leonina forma corpus Oſiridis ſuſtinet, eſt enim alia fera hianti ore apro ſimilis. Anubis functionem ibi ſuam pro more obit, atque in illa imagine coronatus eſſe videtur: duæ ibi quoque Iſides ſunt, alia ad caput, alia ad pedes Oſiridis mortui. Scriptura in ima tabula exarata à dextera ad ſiniſtram procedit, ut in Calendario Ægyptiaco. Eſt autem hæc vere Ægyptiaca ſcriptura ſine hieroglyphicis, ideoque illam in hac tabula poſuimus perinde atque ſequentem, ubi in ara quadam avis ponitur forteque accipiter, qui ſæpe pro Oſiride habebatur, ut ex monumentis plurimis & ex Plutarcho diſcimus. Vir demiſſi animi ex corporis ſitu ſpeciem præ ſe ferens pateram tenet quaſi ad ſacrificandum. Scriptura infra poſita eadem eſt, quæ in præcedenti tabella. Attamen primo ſtatim intuitu aliquid occurrit, quod ſuadere videatur inſcriptionem à ſiniſtra ad dexteram ſecundum morem noſtrum exaratam eſſe, poſtremus namque verſus qui non completus eſt, ad dexteram procedendo deſinere videtur. Verum hoc nihil poteſt negotii faceſſere: nam characteres illi qui tam ſæpe in Ægyptiacis inſcriptionibus occurrunt, nempe 3. & 4. eodem hic ſitu ſunt, quo in præcedentibus inſcriptionibus. Atque adeo illæ ſubtus poſitæ litteræ, ſub extremo deſinente verſu deſcriptæ fuerint, ne alter verſus inciperetur, ut & nos ſæpe facimus.

CHAPITRE





72

LE CALENDRIER EGYPTIEN





Mr l'abbé Fauvel

CHAPITRE X.

I. Le grand nombre d'Abraxas. II. Abraxas de Jupiter. III. De Mars. IV. D'Hecaté. V. D'Isis. VI. de l'Elephant. VII. D'Abraham.

I. LE second Tome de l'Antiquité expliquée, contient un grand nombre d'Abraxas tirés de ces pierres gravées des Basilidiens, où ils mêloient le culte du vrai Dieu, avec celui des Egyptiens, & quelquefois aussi des Grecs & des Romains. Ils donnoient à des femmes & à des gens simples, ces pierres gravées, comme des préservatifs & des remedes contre différentes maladies. S'il en faut juger par la quantité extraordinaire qu'on en trouve, jamais superstition ne fut plus en vogue que celle-là. Ils gravoient leurs figures sur de petites pierres & le plus souvent sur cette pierre noire d'Egypte, qu'on appelloit Basalte. Ils y employoient encore assez souvent les Amethystes. Ils en donnoient comme des remedes spécifiques contre certaines maladies, contre les maux de poitrine, contre les fiévres; d'autres pour rendre fécondes les femmes stériles; & enfin pour toute sorte de maladies. Il y avoit des Médecins qui s'en servoient, comme Samonicus. Cette superstition si répanduë dans les Gaules, dans l'Espagne, dans l'Italie & dans plusieurs autres Pays de l'Europe, a duré plusieurs siécles. Peut-être s'en conserve-t'il encore aujourd'hui quelques traces parmi ceux qui s'adonnent aux prestiges & aux sorcelleries. La quantité qu'on en déterre tous les jours donne lieu d'espérer qu'on en découvrira enfin où se trouveront les plus secrets mystéres de ces anciens hérétiques. Voici six nouvelles pierres dont quelques-unes frappent par leur singularité.

II. La premiere est toute mystérieuse. On voit d'abord Jupiter [1] assis sur une chaise. Il tient de la main droite élevée, un instrument qui ressemble à un quatre de chiffre. Sur sa tête est une autre figure. C'est un globe qui a au milieu deux bandes croisées d'une autre large bande, à chaque extré- PL. LV. 1

CAPUT X.

I. Abraxaarum gemmarum numerus ingens. II. Abraxas Jovis. III. Abraxas Martis. IV. Hecates. V. Isidis. VI. Elephanti. VII. Abrahami.

I. INgentem numerum Abraxæarum imaginum in secundo Antiquitatis explanatæ tomo protulimus, gemmarum videlicet insculptarum, in queis Basilidiani, cultum veri dei cum cultu profanorum veterum, maximeque Ægyptiorum, admiscebant, & aliquando etiam Græcorum & Romanorum. Has gemmas mulierculis virisque rudibus & incautis dabant ad conservationem valetudinis & remedium contra morbos. Nulla unquam superstitio latius manavit; ut ex ingenti numero lapillorum hujusmodi, qui quotidie eruuntur, arguere licet. Ad hasce sculpendas præstigias vario lapillorum genere utebantur, corneola, jaspide, giada Orientali, lapide Azulitano, achate cujusvis speciei, maxime autem marmore illo Ægyptiaco quem basalten vocabant. Amethystum etiam non raro usurpabant. Hæc offerebant ceu remedia quibusdam morbis, pectoris ægritudinibus, febri, mulierum sterilitati, denique morbis omnibus. Nec deerant medici qui illis ut φαρμάκοις utebantur, qualis erat Quintus Samoniacus. Hæc superstitio late pervagata est per Gallias, Hispaniam, Italiam, cæterasque Europæ regiones. Et fortassis adhuc quædam illarum rerum vestigia supersunt apud eos qui præstigiis & magicæ rei dant operam. Tot tantaque hujuscemodi in dies tenebris eruuntur, ut sperandum sit fore ut eorum adminiculo hæreticorum veterum secretiora mysteria revelentur. En sex novas Abraxæas gemmas singularitate sua spectabiles.

II. Prima, arcana multa præ se ferre videtur. Jupiter in sella [1] sedens conspicitur: manu dextera instrumentum tenet simile numerali hujuscemodi notæ 4. Figura altera capiti ejus imminet, nempe globus duabus fasciis alligatus, alteraque deinde fascia transverse posita; in extremis fasciis utrinque globo

mité on voit une grande aîle ; c'eſt ce qu'on remarque ſouvent dans les monumens Egyptiens ; ce globe eſt environné d'une figure irréguliere ; au bout d'une des aîles eſt repréſenté le Soleil dans un croiſſant de Lune. Les deux bandes paralléles qui coupent le globe pourroient marquer la Zone torride, & les aîles la vîteſſe du Soleil. Sur le bas vis-à-vis des jambes de Jupiter eſt un Cancer ſigne du Zodiaque, qui marque peut-être que la pierre a été gravée quand le Soleil étoit à ce ſigne. L'image de deſſous eſt encore plus extraordinaire. C'eſt un Roi mort & emmailloté depuis la tête juſqu'aux pieds, comme on en voit pluſieurs entre les figures Egyptiennes. Ses bandes en ſe croiſant font des figures rhomboïques, comme d'anciens carreaux de vitre. Il eſt étendu ſur une piéce de bois : ce qui paſſe au-delà de la tête de ce Roi eſt hériſſé de pointes, qui ne ſont peut-être pas miſes là ſans myſtére. Ce Roi mort, dont la tête eſt ornée d'une couronne radiale, eſt ſoutenu ſur une planche portée par un lion. C'eſt Oſiris comme on l'a prouvé ci-devant. L'image eſt fort différente des autres que nous avons décrites ci-devant, lorſque nous parlions d'Iſis & d'Oſiris, quoiqu'elle repréſente ſans doute la même hiſtoire. Dans les autres ce qui ſoutient Oſiris n'eſt pas un lion vivant comme ici ; mais c'eſt un banc accommodé à la maniere d'un lion, & qui a la tête, la queuë, & les jambes d'un lion. La couronne d'Oſiris ne ſe voit qu'ici. La ſculpture & les figures n'ont rien de ce goût Egyptien qui ſe trouve dans les autres images, comme le verront d'abord ceux qui auront quelque uſage de ces monumens de l'Antiquité. Quoique l'on voye ici des marques évidentes de la ſuperſtition Egyptienne, ce n'eſt pas aſſurément un Egyptien qui a gravé cette pierre. Pluſieurs Baſilidiens qui n'étoient pas Egyptiens, mettoient pourtant ſur leurs pierres des figures Egyptiennes. Nous avons parlé ci-devant aſſez au long des autres images qui repréſentent Oſiris mort. Il y a encore une choſe à remarquer ici ; c'eſt que dans la table Iſiaque, où l'on voit dans la bordure d'en bas, Oſiris étendu, il y a au-deſſus de lui un globe avec des aîles étenduës, telles que nous les voyons ici au-deſſus de la tête de Jupiter. Vis-à-vis du lion eſt un caractére qui n'a point de ſemblable parmi

---

adjunguntur alæ duæ id quod ſæpe in monumentis Ægyptiis obſervatur ; globus autem ille figura quadam circumdatur. Ibidem ante Jovem Sol repræſentatur in creſcente Luna. Duæ faſciæ parallelæ quæ globum ſecant Zonam torridam ſignificare poſſent, & alæ illæ ſolis velocitatem. In ima parte è regione tibiarum Jovis, cancer eſt Zodiaci ſignum, an ut ſignificetur inſculptam fuiſſe gemmam cum Sol in hoc ſigno eſſet. Singularior eſt imago ſub Jovis pedibus poſita. Rex quidam mortuus & à capite ad uſque pedes & ultra faſciis & pannis involutus, ut ſæpe in Ægyptiacis figuris videmus. Hîc vero faſciæ ſeſe mutuo decuſſantes rhomboïcas figuras exhibent : in tabula lignea extenditur, quod autem ultra caput regis de tabula egreditur, aculeos exhibet multos, id quod fortaſſe myſterio non caret. Rex ille cujus caput ornatur radiata corona, cum tabula ſuppoſita ſupra leonem extenditur. Eſt autem Oſiris ut jam diximus probavimuſque. Hæc autem imago ab aliis quas vidimus vel deſcripſimus ſupra, ubi de Iſide & Oſiride loquebamur, multum differt, etſi idipſum haud dubie hîc repræſentetur. In aliis enim non leo vivus Oſirin ſuſtinet, ſed ſcamnum in modum leonis concinnatum, caput caudam cruraque leonis habens. Corona autem in nullo alio Oſiridis mortui ſchemate viſitur. Ad hæc vero ſculpturæ modus ac ritus repræſentandique ratio, ab Ægyptia ſculptura & pingendi ratione in hoc ſchemate prorſus aliena ſunt, ut quiſque in hiſce rebus non hoſpes ſtatim percipiat. Quamobrem licet Ægyptiacæ ſuperſtitionis ſymbola hîc compareant, certum videtur hanc ſculpturam non ab Ægyptio artifice fuiſſe factam. Ex Baſilidianis enim multi qui non erant Ægyptii, religiones tamen Ægyptiacas in amuletis ſuis depingebant. De aliis Oſiridis defuncti & ſupra leonem extenſi imaginibus ſatis diximus in laudato ſupra loco ; hoc tamen hîc obſervandum eſt, nempe in imagine illa Oſiridis extenſi quæ in ora inferiore menſæ Iſiacæ perſpicitur, globum cerni cum alis adjunctis, qualem in hac etiam imagine ſupra caput Jovis perſpicimus. E regione leonis eſt quidam character,

II. Ce qui frappe le plus dans cette colomne, & dont on peut tirer plus d'inſtruction, ſont les huit figures que nous voyons ſur les huit faces. Ce ne ſont point des divinités purement Gauloiſes, mais des divinités Romaines, que les Gaulois adopterent dès qu'ils furent ſujets aux Romains. Il n'y avoit pas bien long-temps que les Gaules avoient été conquiſes par Jules Céſar, lorſque les bateliers de Paris firent cet autel, où ſont repréſentées pluſieurs divinités, & parmi celles-là il y a quatre dieux Romains avec leurs noms Romains, & quatre Dieux Gaulois avec leurs noms Gaulois. Ces dieux ſe voyent repréſentés ſur deux pierres quarrées & ſolides, quatre ſur les quatre faces de chaque pierre, deux dieux Romains, & deux dieux Gaulois à chacune: ce qui ſemble avoir été fait à deſſein: ſur l'une des pierres ſont Vulcain, Jupiter, Eſus & Tarvus trigarannus: ſur l'autre, Caſtor, Pollux, Cernunnos, & un autre, dont on ne peut pas lire nom. L'Autel fut fait du temps de Tibere, où il pouvoit encore y avoir de vieilles gens qui ſe ſouvenoient de la conquête des Gaules par Jules Céſar, & les Gaulois avoient déja adopté bien des dieux Romains avec leurs noms.

Ce qui eſt ici à remarquer eſt, que dans ces pierres de l'Egliſe Cathé-

---

lum perfectum: in illius octo faciebus octo ſunt dii deæve; de poſtremo tantum dubitatur an numen aliquod ſit, necne. Supra ſtylobaten erigitur columna rotunda, cujus dimidia pars faſciis ornatur ſeſe decuſſantibus & rhombos efficientibus, in ſingulіſque rhombis, flores inſculpti viſuntur: ſuperna autem columnæ pars, quæ quartam ejus partem efficit, eſt tota ſquamis operta. In columnæ culmine aliquid deſideratur avulſum & delapſum. Qualis autem eſt hodie, viginti octo pedes altitudinis habet. In Cœmeterio Cuſſiacenſis Eccleſiæ lapis eſt quidam ſculpturis ornatus, qualis in altera tabulæ noſtræ facie repræſentatur, quem fuiſſe columnæ capitellum dictitant. At inquit laudatus vir cl. Moreau de Mautour, eſt traditio tantum popularis; veriſimileque non eſt hunc lapidem in culmine columnæ unquam poſitum fuiſſe.

II. Id quod in hac columna ſpectatorum oculos attrahit, & quod aliquam poteſt Antiquitatis notitiam præbere; octo illa ſchemata ſunt, quæ in octo columnæ faciebus comparent. Neque enim ſunt illa numina mere Gallica; ſed Romana, quæ Galli poſteaquam Romanis ſubditi fuerunt, ſibi adoptarunt. Non multum enim temporis effluxerat, ex quo Galliæ ab Julio Cæſare ſubactæ fuerant, cum nautæ Pariſiaci aram illam adornavere, in qua multa numina repræſentantur: inter illa vero, Romana quatuor cum Romanis nominibus & Gallica quatuor cum Gallicis nominibus obſervantur. Hi vero dii in duobus quadratis lapidibus ſolidis conſpiciuntur, quatuor nempe in quatuor faciebus amborum lapidum. Duo autem dii Romani, & totidem Gallici in unoquoque lapide numerantur: id quod de induſtria factum videtur. In altero lapide ſunt Vulcanus, Jupiter, Eſus & Tarvos Trigarannus; in altero autem Caſtor, Pollux, Cernunnos, & alius cujus nomen legi nequit. Hæc ara poſita fuit imperante Tiberio, cum adhuc ex ſenioribus Gallis quidam poterant Julii Cæſaris meminiſſe, & jam tamen Galli multa numina Romana cum nominibus ſuis adoptaverant.

Quod autem obſervandum eſt, in iſtis Eccleſiæ Cathedralis lapidibus, octo numina exhibentur perinde atque in duobus lapidibus quadratis ſimul

diale, il se trouve précisément le nombre de huit divinités, de même que dans les deux pierres trouvées ensemble, dont M. le Baron de Crassier m'a envoyé le dessein, & que j'ai mis dans la planche CXCII. du second tome de l'Antiquité; il y en a aussi huit sur cette colomne, & sur une des faces du Temple de Montmorillon. Ce qui fait conjecturer que de même que les Gaulois aimoient à faire leurs temples & leurs autres bâtimens à huit faces, ils représentoient aussi souvent huit divinités ensemble. Il falloit qu'il y eût quelque mystére caché sous ce nombre de huit, que les monumens que l'on découvrira dans la suite pourront peut-être apprendre.

Venons à ces huit dieux ou déesses, représentés dans autant de niches, qui se terminent en haut en un angle obtus. La premiere est Minerve, qu'on reconnoit à son casque, qui a une grande aigrette. Elle est appuyée sur un tronc d'arbre, revetuë d'une tunique & d'un grand peple ou d'une grande mante. Elle a les deux bras tout nuds depuis l'épaule. On ne voit sur cette statuë aucune autre marque de Minerve que le casque. Elle n'a ni épée, ni bouclier, ni pique, ni tête de Méduse. Les Gaulois qui prenoient ces dieux des Romains avec leurs habits & leurs symboles, ne les representoient pas toujours si scrupuleusement, & y apportoient même quelque changement comme nous voyons ailleurs.

Junon qui paroit dans la niche suivante, est assez semblable aux Junons Grecques & Romaines. Elle a à ses pieds le Pan son oiseau favori. Revêtuë d'une tunique & d'un autre habit, elle a encore un grand voile qui lui descend jusqu'au-dessous de la ceinture, & lui donne l'air d'une matrone: ce qu'on remarque encore dans d'autres images. Elle tient de la main gauche une pique, qu'on appelloit *hasta pura*, qui n'avoit point de fer.

La figure suivante, est un jeune homme sans barbe, qui tient un grand manteau dont il se couvre en partie: il tient un pied sur une motte de terre. Je le prends pour Jupiter, le voisinage de Junon me persuade que c'est lui: une autre raison qui semble ne laisser aucune doute là-dessus, c'est que l'autre femme qui est auprès de lui, tient son aigle qu'elle fait

---

[illegible]pertis, quorum mihi delineatam imaginem misit D. Baro de Crassier, quam in Tabula CXCII. secundi Antiquitatis [illegible]: in hac item columna octo numina visuntur, [illegible] una facie templi Montmorillonensis. [illegible] conjectandum [illegible] Gallos, [illegible] octogona, seu octo laterum templa [illegible] faciebant, ita octo simul numina [illegible] ponebant. [illegible] quidpiam arcani intelligendum relinquitur, inque illis octo tum numinibus, tum templi lateribus, aliquid mysterii occultari videtur, nec desperandum fortasse est aliquid lucis in re tam arcana, ex monumentis quæ in dies eruentur, exoriturum.

Jam [illegible] octo illos tum deos, tum deas veniendum, [illegible] loculamentis positos, quæ loculamenta superne in angulum obtusum terminantur. Prima est Minerva, quæ ex casside agnoscitur, [illegible] grandis. Minerva in arboris truncum [illegible], ac tunica & peplo [illegible], [illegible] brachia ab humeris nuda omnino sunt. In hac porro statua nulla alia Minervæ nota observatur præterquam galea. Hæc neque [illegible], neque clypeum, vel hastam, vel Medusæ caput habet. Galli qui hæc numina cum [illegible] suis [illegible] Romanis mutuabantur, non [illegible] repræsentabant, imo aliquid in [illegible] mutationis invehebant, ut alibi comperimus.

Juno quæ in [illegible] sequenti visitur, [illegible] est aliis Junonibus, Græcis Romanisque. Ad ejus pedes est pavo, avis ipsi familiaris: [illegible] vestimento operta, magnum etiam gestat velum quod infra zonam defluit, & matronæ speciem indit: id quod etiam in aliis ejus imaginibus observatur. Sinistra manu hastam puram tenet ferro carentem.

Qui sequitur, juvenis est imberbis, pallium magnum tenens quo [illegible], pede [illegible] glebam seu monticulam premit. Jovem [illegible], non modo quia Junoni [illegible], sed etiam quia altera sequens [illegible], est, aquilam ejus tenet, [illegible] patera potam

boire dans une patere. Nous avons vû ailleurs des Jupiter ſans barbe. Le Jupiter Bemilucius trouvé comme celui-ci en Bourgogne, autre divinité Gauloiſe, repréſentée à la planche CXCII. du ſecond tome de l'Antiquité, n'a point auſſi de barbe, de même que d'autres dont nous avons parlé ſur Jupiter.

La déeſſe qui vient après, porte un caſque comme Minerve, revêtuë d'une robe qui lui deſcend juſqu'aux pieds, elle a comme Minerve les bras tous nuds juſqu'à l'épaule. Elle tient d'une main une patere, & de l'autre une aigle qui y va boire; ſingularité que je ne me ſouviens pas d'avoir jamais remarquée ailleurs. C'eſt l'aigle de Jupiter comme nous venons de dire. La queſtion eſt, qui eſt cette déeſſe, que nous voyons ici au ſervice de Jupiter. Seroit-ce Hébé qui donnoit à boire aux dieux, & qui donneroit ici à boire à cette aigle, dont Jupiter prenoit quelquefois la forme? Ce ſeroit trop hazarder que de prendre cela comme une choſe certaine, ou comme une conjecture ſi probable, qu'on doive s'y arrêter.

On ſe ſouviendra ſans doute que les quatre images ſuivantes n'ont été miſes deſſous, que pour ne pas faire une ſuite trop longue, & que dans l'original elles ſont toutes à même hauteur, & au même rang que celles de deſſus. La premiere eſt un jeune homme nud appuyé ſur ſon bâton, & qui porte ſur la tête la dépouille du lion comme Hercule. A ſes pieds eſt un chien qui le regarde. Ce chien & le voiſinage de Venus qui vient d'abord après, pourroit faire croire que c'eſt un Adonis. Mais pourquoi la peau de la tête du lion ſur celle d'Adonis? où l'a-t-on jamais vû en cet équipage? Il faudroit être mieux inſtruits que nous ne ſommes dans la mythologie Gauloiſe, pour dire ſûrement qui ce peut être.

L'image ſuivante eſt ſelon toutes les apparences de Venus, qui eſt nuë juſqu'à la ceinture. Ce qu'elle a de fort particulier, & qu'on n'obſerve pas ailleurs; c'eſt qu'elle tient deux pateres, une de chaque main. On voit aſſez ſouvent les dieux tenant la patere à la main; peut-être pour faire leçon aux hommes, du culte qu'ils doivent leur rendre; le plus marqué d'entre les devoirs des hommes envers les dieux, étoit le ſacrifice ſignifié par la patere.

---

præbet; ita ut nihil hac in re dubii relinqui videatur. Alios imberbes Joves vidimus. Jupiter Bemilucius, qui in Burgundia etiam, ut hic de quo agimus, repertus eſt, quemque protulimus in Tabula CXCII. ſecundi Antiquitatis explanatæ tomi, imberbis ipſe quoque eſt, quemadmodum & alii quos memoravimus cum de Jove primum ageremus.

Dea ſequens caſſidem geſtat ut Minerva: tunica ad pedes uſque pertingente induitur: ac quemadmodum Minerva brachia ad humeros uſque nuda exhibet. Altera manu pateram tenet, altera aquilam, quæ in patera bibit: rem ſane ſingularem! quam nuſpiam alias me videre memini. Hæc eſt Jovis aquila de qua paulo ante dicebamus. Quæritur porro quænam ſit illa dea, quam hîc Jovis miniſtram agere cernimus. An Hebe fuerit quæ diis potum miniſtrare ſolebat, quæque hîc Aquilæ potum det, cujus formam Jupiter nonnunquam uſurpabat. Non ſine periculo poſſumus hanc opinionem quaſi certam amplexari, vel ita probabilem habere, ut ab ulteriori perquiſitione prorſus abſtineamus.

Meminiſſe oportet quatuor ſequentes imagines, ideo tantum ſub aliis quatuor poſitas fuiſſe, ne longior quam par fuiſſet in tabula ſeries pararetur. Nam in columna omnes eadem ſerie eadem altitudine ponuntur. Prima juvenem exhibet nudum in baculo nixum, qui leonis pellem, perinde atque Hercules capite geſtat. Ad pedes ejus canis eſt juvenem illum reſpiciens. Canis comes & vicina Venus, Adonidem eſſe ſuadere poſſe videntur. Verum cur illa pellis ex capite leonis extracta, ut caput Adonidis operiat? Ubinam Adonidem vidimus hoc inſtructum tegumento? Si mythologiam Gallicam clarius intelligeremus, quis hic ſit dicere tutius, & ſine periculo errandi dicere poſſemus.

Schema ſequens Venerem, ut omnino videtur, repræſentat, quæ ad cingulum uſque nuda eſt. Id autem in illa ſingulare obſervatur, quod nuſpiam alias me videre memini; duas pateras tenet, manum ſcilicet utramque ſua patera inſtructam exhibet. Sæpe viſuntur dii pateram manu tenentes; ut fortaſſis homines doceant, quem diis cultum præſtare oporteat. Inter officia autem numinibus præſtanda præcipuum erat ſacrificium per pateram ſignificatum.

Le ſuivant eſt Hercule aſſez ſemblable à ceux que nous voyons dans les monumens Grecs & Romains. La maſſuë qu'il appuye contre terre eſt pleine de nœuds & de tronçons, comme un arbre dont auroit abbatu les branches.


La huitiéme & derniere figure, eſt d'un homme qui porte une tunique ceinte au milieu du corps, & qui a les deux mains liées comme un captif. Il tient un pied ſur une motte de terre, comme Jupiter ci deſſus. La queſtion eſt ſi ce n'eſt effectivement qu'un captif qu'on a voulu repréſenter ici, ou ſi c'eſt quelque dieu, qui ſelon la mythologie Gauloiſe s'eſt trouvé captif par quelque accident inconnu, comme Junon ſe vit penduë entre le ciel & la terre avec un enclume à chaque pied; comme Jupiter ſe vit ſur le point d'être lié & enchaîné par les autres dieux, & l'auroit effectivement été ſans le ſecours de Briarée; comme Mars ſe vit bleſſé & terraſſé par Dioméde. Il n'y a guéres d'apparence qu'il eût été mis au rang des dieux dans ſa niche comme les autres, ayant d'un côté Hercule & de l'autre Minerve, s'il s'il n'avoit été effectivement reconnu pour une divinité.

III. Reſte à ſçavoir à quelle fin on a fait une pareille colomne. Il faut avouer qu'elle eſt unique dans ſon eſpece, & il y a grande apparence que c'eſt un mouvement de dévotion qui en aura inſpiré l'idée à quelqu'un. Car cette grande colomne, dont parle Gregoire de Tours, ſur laquelle étoient Mars & Mercure; celle-là, dis-je, n'avoit rien de commun avec celle-ci, qui ſelon la Théologie Gauloiſe, préſente huit divinités enſemble. Ce nombre de huit entroit apparemment dans leur religion, comme nous avons déja dit. Une autre choſe qu'avoit peut-être en vuë celui qui fit faire la colomne, c'étoit d'ériger un monument, où de quelque côté qu'on vînt, on trouvât toujours une divinité qui ſe préſentoit de face. S'ils avoient d'autres idées, il ſeroit difficile de les découvrir, & l'on ne pourroit en parler qu'en devinant.

Qui ſequitur Hercules vulgaris apud Græcos & Romanis Herculis imaginibus ſat ſimilis eſt. Clava quam tenet nodis & ramorum truncis plena eſt, vel arbor, cujus rami recens amputati ſunt.


Octavum ultimumque ſchema viri eſt, tunicam medio corpore præcinctam geſtantis, cujus ambæ manus vinculis conſtrictæ ſunt, captivum diceres. Glebam præcisam pede premit ut Jupiter ſupra. Hic jam quæritur, an vere captivum quempiam è vulgo hic repræſentare voluerint; an vero deum quempiam, qui ſecundum Gallicam illam mythologiam vinctus fuerit, quemadmodum & Juno inter cœlum & terram ſuſpenſa fuit ligato ad ſingulos pedes incude; quemadmodum & Jupiter ipſe vinculis & catenis à cæteris diis alligandus mox erat, & revera vinctus fuiſſet, niſi opem tuliſſet Briareus; ut etiam Mars à Diomede confoſſus & proſtratus fuit. Hunc certe vix credatur in ſerie deorum in apſidula ſua ponendum, interque Minervam & Herculem locandum fuiſſe, niſi revera pro numine quodam habitus fuiſſet.

III. Jam ſupereſt ut quæramus, qua de cauſa, & quo animo talis columna concinnata fuit. Hæc profecto nihil non ſingulare præ ſe fert, veriſimileque eſt quempiam religione motum hanc cultus divini rationem commentum fuiſſe. Nam altiſſima illa columna, de qua ſermo eſt apud Gregorium Turonenſem libro de miraculis S. Juliani; columna, inquam, illa, cui impoſiti erant Mars & Mercurius, nihil cum hac affine habuiſſe videtur, quæ octo numina ſimul repræſentat: qui numerus olim inter religiones Gallorum, ut jam diximus, locum habuiſſe videtur. Aliud fortaſſe curabat is qui columnam hujuſmodi excogitavit; nempe ut monumentum erigeret, quod cuivis accedenti, ex quacumque parte, ex quocumque latere veniret, numen aliquod de facie oſtenderet. Si quid aliud in mente habuit, difficile admodum eſt illud detegere apprehendereque, ac nonniſi divinando attingi poteſt.



COLONNE DE CUS

Plan du Soubassement




Figures de l'octogone






Chapiteau de la Colonne selon quelques uns




SI EN BOURGOGNE

Figures de l'octogone






Plan de l'octogone où sont les figures





CHAPITRE V.

I. Les Gaulois subjugués par les Romains, prirent leur langue & les noms Latins des dieux. II. Apollon honoré chez les Gaulois. III. Buste d'Apollon de goût Gaulois. IV. Buste de Diane. V. Tête d'un Roi Parthe. VI. Hercule de Strasbourg nommé Krutzman. VII. Autre Hercule.

I. LES Gaulois subjugués par les Romains subirent les loix des vainqueurs, & prirent leur langue. Ils donnerent aussi à plusieurs de leurs divinités des noms Latins. Jupiter, Vulcain, Castor & Pollux, que nous voyons ainsi nommés dans les monumens trouvés à Notre-Dame de Paris, n'entroient pas avec ces noms dans la Théologie Gauloise, avant que les Romains se fussent rendus maîtres des Gaules. Ce changement fut assez prompt : déja sous Tibere, environ soixante ans après la conquête des Gaules, on trouve un monument des bateliers Parisiens où ils parlent Latin, & mettent parmi leurs divinités Jupiter, Vulcain, Castor & Pollux. Il est vrai qu'ils conservent encore Esus, Cernunnos, Tarvos-Trigarannus & un autre qu'on ne lit pas sûrement : mais je ne sçai si ces dieux avec ces noms Gaulois resterent long-temps chez eux. Il est toujours à croire qu'ils adopterent peu à peu tout le culte des Romains avec les noms de leurs divinités.

II. Apollon dont le culte étoit si établi à Rome, fut apparemment des premiers qui passerent dans la Théologie Gauloise. Après Jupiter Capitolin il n'y avoit rien de plus grand parmi les divinités Romaines que l'Apollon Palatin. Il ne faut pas douter que les Romains n'ayent apporté bientôt dans les Gaules son culte, comme ils y apporterent l'Hercule appellé Saxanus, adoré près de Rome, & dont on a depuis peu découvert l'autel proche le Pont-à-Mousson. On peut prouver que le culte d'Apollon étoit

---

CAPUT V.

I. Galli à Romanis subacti eorum accepere linguam & nomina Latina deorum. II. Apollo apud Gallos cultus. III. Protome Apollinis Gallico more sculpta. IV. Protome Dianæ. V. Caput Regis Parthi. VI. Hercules Argentinensis nomine Krutzman. VII. Hercules alius.

I. GALLI à Romanis subacti, victorum leges subierunt & ipsorum linguam edidicerunt; etiamque multis deorum suorum Latina indidere nomina. Nam Jupiter, Vulcanus, Castor & Pollux, quos sic nominatos conspicimus in monumentis in Ecclesia Cathedrali Parisiensi repertis, cum his nominibus non videntur prisce in Theologiam Gallicanam introivisse, antequam Romani Gallias occupassent. Hæc mutatio brevi facta est. Jam sub Tiberio sexaginta circiter annis post subactas Gallias, monumentum occurrit nautarum Parisiacorum, ubi ipsi Latine loquuntur, & in numero deorum suorum ponunt Jovem, Vulcanum, Castorem & Pollucem. Verumtamen ipsos adhuc eos servant deos, quorum nomina, Esus, Cernunnos, Tarvos Trigarannus, & alium deum cujus nomen non ita certo legi potest. At nescio utrum hi dii cum Gallicis suis nominibus diu postea culti fuerint. Certum tamen esse videtur ipsos paulatim totum Romanorum cultum cum nominibus deorum Latinis tandem adoptavisse.

II. Apollo quem Romæ tanto honore & cultu prosequebantur, ex priorum numero fuisse videtur qui in Gallorum Theologiam transierunt. Post Jovem Capitolinum inter Romana numina nihil majus, nihil sanctius habebatur, quam Apollo Palatinus. Neque dubitandum est, quin Romani Apollinis cultum cito in Gallias invexerint, ut Herculem Saxanum invexerunt, cujus aram non ita pridem prope Mussipontum operæ quædam eruerunt. Illud autem diludide probari potest,

déja fort ancien dans les Gaules, du temps d'Ausone, c'est-à-dire au quatriéme siécle. Ce Poëte dit dans ses vers sur les Professeurs de Bordeaux num. 4. qu'il a vû étant encore jeune cet Attius Patera, qui étoit déja un vieillard, que cet Attius Patera descendoit des Druides consacrés au service & au ministére d'Apollon, que le pere & le frere de cet Attius Patera s'appelloient Phœbitiùs, comme consacrés à Phœbus. Tout ce qu'il dit là semble marquer que le culte d'Apollon ou de Phœbus étoit déja fort ancien dans les Gaules.

Seconde pl. après la LIX.

III. Nous disons tout ceci à l'occasion d'un buste d'Apollon trouvé dans le voisinage, qui n'est pas d'un goût exquis. Il paroît avoir été honoré dans les Gaules en cette forme. Nous jugeons à sa forme que ce doit être un Apollon. Il est représenté en jeune homme sans barbe, avec des cheveux frisés qui lui descendent jusqu'aux épaules devant & derriere. Il a été fait pour être suspendu dans quelque maison, comme le marque l'anneau qu'il a sur la tête, où est attachée une courte chaine. Il porte un collier, auquel est attaché une espece de bulle, qu'on mettoit au cou des dieux Lares, comme nous avons dit au chapitre des Lares. Ces petites statuës & bustes étoient aussi regardées comme des dieux Lares, on les mettoit dans les maisons pour les préserver & des mauvais esprits & des mauvaises fortunes.

IV. La Diane qui suit a été trouvée en terre, vers l'an 1718. sur la Montagne de Faucogney en Lorraine, proche la Paroisse de Saint Martin. L'original a de hauteur seize pouces, & presque autant de largeur. Le visage avoit autrefois été peint de rouge, comme on voit par les traces qui restent. Cette Diane est d'un goût grossier comme on voit sur l'image. Cette déesse étoit fort honorée dans les Gaules, comme nous avons fait voir au premier tome de ce Supplément à la fin du Chapitre de Diane. On trouva

---

nempe cultum Apollinis in Gallis perantiquum fuisse Ausonii ævo, videlicet quarto sæculo. Hic enim poëta de Professoribus Burdigalensibus numero 4. hæc habet.

Ætate quamquam viceris dictos prius
Patera fandi nobilis;
Tamen quod ævo floruisti proximo,
Juvenisque te vidi senem,
Honore mœstæ non carebis næniæ,
Doctor potentum rhetorum,
Tu Bajocassis stirpe Druidarum satus,
Si fama non fallit fidem,
Beleni sacratum ducis è templo genus
Et inde vobis nomina
Tibi Pateræ: sic ministros nuncupant
Apollinaris mystici.
Fratri patrique nomen à Phœbo datum
Natoque de Delphis tuo.

A Phœbo autem uterque Phœbitius vocabatur, [illegible]. Hæc porro omnia & ea quæ sequuntur, probant Apollinis cultum jam isto ævo perantiquum fuisse in Galliis.

III. Hæc porro dicimus occasione protomæ cujusdam Apollinis, in locis Lutetiæ vicinis repertæ, quæ non est eleganter elaborata. Hac autem forma videtur Apollo in Galliis cultus fuisse. Ex ejus forma Apollinem judicamus esse. Juvenis & imberbis repræsentatur, coma cincinnis ornata & ante & à tergo ad humeros usque defluit. Sic porro concinnata protome fuit, ut in domo quapiam suspenderetur, quod ex annulo capiti hærente liquet, cui annulo annexa catenula est. Torquem ille gestat, cui alligatur quædam ceu bulla, quam bullam in collo deorum Larium appendere solebant, ut cum de Laribus tomo primo Antiquitatis explanatæ ageremus, diximus. Hæ minoris molis statuæ & protomæ quasi diis Lares habebantur, in ædibusque ponebantur, ut eas & à malignis dæmonibus lemuribusque & ab infaustis rebus tuerentur.

IV. Diana sequens ex terra eruta fuit circa annum 1718. in monte cui nomen Fourcognei in Lotharingia prope parrochiam sancti Martini. Archetypum sexdecim pollicibus altum est, ac totidem pene latum. Vultus olim minio depictus fuerat, cujus picturæ vestigia remanent. Hæc Diana imperiti artificis est. Hanc deam Galli magno cultu prosequebantur, ut ostendimus in primo hujus Supplementi tomo in fine Capitis ubi de Diana

II. Pl. aprés la LIX. Tom. II

DIANE ET APOLLON GAULOIS



du R. P. Calmet



de Mr. le president de Maison

de Mr. le president le Maison

55

Tom. II aprés la 60

avec cette Diane plusieurs autres petites figures de bronze d'animaux, de cochons, &c. le tout d'un très-mauvais goût.

V. Nous mettons ici, n'ayant plus d'autre place propre, le buste d'un Roi Parthe tiré d'une pierre gravée de M. le Président de Maison. Il a quelque chose de particulier que n'ont pas les autres donnés aux planches XLIII. & XLIV. du troisiéme tome de l'Antiquité, & à la XVI. du troisiéme tome de ce Supplément. Une inscription en caractére Parthe, borde l'image comme à la pierre de notre cabinet; ce Roi porte de même que plusieurs autres des pendans d'oreille; la partie de ses habits qui paroît sur ses épaules & sur sa poitrine est plus ornée que dans toutes les autres. Il a les cheveux frisés à longues boucles à l'ordinaire; mais ce qu'il y a de particulier, c'est qu'il sort de sa tiare comme deux boucles de cheveux qui vont en droite ligne, & ne se rabattent point sur le cou comme les autres. Devant la tête du Roi Parthe est une grande étoile qui marque le Soleil, & derriere un croissant qui marque la Lune. Ce qu'on ne voit pas dans les autres images des Rois Parthes.

VI. L'Hercule suivant qui est de bronze & de grandeur ordinaire d'un homme, est présentement à Issy dans une maison de campagne de M. le Maréchal d'Estrées. Il étoit autrefois dans la chapelle de saint Michel de la grande Eglise de Strasbourg, d'où il ne fut ôté que l'an 1525. La statuë tomba entre les mains d'un particulier de Strasbourg, elle fut venduë à un Seigneur François & ensuite transférée à Paris, & de-là à Issy au jardin de M. Vanhœlen Trésorier de France. On appelloit en Allemand cette idole Krutzman, qui vouloit dire en ancien Allemand, un gros homme, ou comme d'autres veulent, un vaillant homme. Tome même planche que la LIX.

Cet Hercule est comme les Hercules ordinaires; mais d'un goût fort grossier. Il tient de la main droite une massuë qu'il appuye contre terre, & sur laquelle il s'appuye lui-même. Elle est extrêmement grosse & toute hérissée à un bout de nœuds, & des naissances de branches coupées. De l'autre main qu'Hercule porte sur le côté, il tient la dépouille du lion,

---

Cum Diana repertæ sunt quædam animalium figuræ, ut porcorum, &c. rudi opere.

V. Hic ponere visum est, cum non alius commodior locus supersit, Protomen regis cujusdam Parthi, quæ ex gemma V. Cl. Præsidis de Maison educta est. In quo schemate quædam observantur non expressa in aliis Parthorum regum imaginibus, quas dedimus in Tabulis XLIII. & XLIV. tertii Antiquitatis explanatæ tomi, & in XVI. tertii tomi hujus Supplementi. Inscriptio caractere Parthico imaginem circumdat, ut in gemma Musei nostri. Hic Rex inaures gestat, ut & alii Parthi reges. Ea pars vestimentorum qua humeri & pectus teguntur, pluribus splendent ornamentis, quam in cæteris hujusmodi imaginibus; coma cincinnis oblongis defluit Parthorum regum more: at quod hîc singulare observatur, cincinni duo quasi ex tiara erumpentes recta linea pergunt, nec demittuntur in collum ut alii. Ante Regis vultum stella magna visitur, quæ solem indicat, pone autem luna crescens. Illud porro in cæteris regum Parthorum imaginibus non observatur.

VI. Hercules sequens, qui æneus est & vulgaris staturæ, nunc Issiaci est in Villa quadam D. Marescalli d'Estrées. Olim erat in majori Ecclesia Argentinensi, in Capella quadam sancti Michaëlis, unde educta fuit anno tantum 1525. statua deinde fuit Argentinensis cujusdam, deinde cuidam nobili Gallo divendita Lutetiam exportata fuit. Hinc autem Issiacum in villam D. Vanhœlen Franciæ Quæstoris. Hoc porro simulacrum Germanice vocabatur Krutzman, id quod Teutonica prisca lingua crassum virum, sive ut alii malunt, fortem strenuumque virum significabat.


Hic Hercules, aliorum Herculorum more delineatus est, sed rudi opere. Manu dextera ingentem clavam tenet terra nixam, qua clava & ipse nititur. Clava admodum densa est, nodis excisisque ramis hirsuta. Altera vero manu quam Hercules in latus immittit, leonis pellem tenet, cujus pars in anteriora corporis reducitur. Jam vero quæritur utrum hîc Hercules à priscis illis Germanis factus sit antequam illa regio, quam nunc

dont une partie revient sur le devant. La question est si cet Hercule a été fait par les anciens Germains, avant que l'Alsace & les autres Provinces en deça du Rhin, tombassent sous la domination des Romains, qui les subjuguerent en même temps que les Gaulois; ou si c'est depuis ces temps-là. Je pancherois fort vers ce dernier sentiment. C'est même peut-être un ouvrage des troupes Romaines qui étoient toujours en grand nombre de ce côté-là, & qui auront fait cette idole, comme tant d'autres monumens qu'on y déterre tous les jours.

VII. L'idole suivante, qui a assez l'air d'un Hercule, m'a été donnée par D. Augustin Calmet, si connu par ses ouvrages. Il a véritablement la taille & le visage d'Hercule. Il porte sur son bras gauche une espece de manteau de même qu'Hercule porte la dépouille du lion; peut-être avoit il à l'autre main la massuë, qui sera tombée par l'injure du temps. Sa grande base marque qu'il étoit honoré comme une divinité.

Alsatiam vocamus, cæteræque cis Rhenanæ in ditionem caderent Romanorum qui eas eodem ferme quo Gallias tempore subegerunt. Hanc postremam opinionem libentius amplecterer. Estque fortassis legionum cohortiumve Romanarum quæ magno semper numero in istis oris versabantur opificium; nam & alia multa ediderunt, quæ quotidie eruuntur.

VII. Simulacrum sequens Herculis formam referens, oblatum mihi fuit à D. Augustino Calmet, publicatis ab se operibus celebri. Vere Herculis staturam vultumque habet. Brachio sinistro quoddam ceu pallium gestat, ut Hercules solet pellem leonis. Forteque clavam altera manu gestabat, quæ temporum injuria exciderit. Magnæ basi insistit, quo significatur ipsum quasi numen fuisse cultum.




HERCULE DES GAULOIS ET DES GERMAINS
III.Pl. apres la LIX. du Tome. II.
1
M. le Mar d'Estrées
2
D. Augustin Calmet
59
Tome II. 69

CHAPITRE VI.

I. Le temple octogone de Corseult, qui est l'ancienne ville des Curiosolites. II. Plan & profil de ce temple. III. Il paroît n'avoir jamais été voûté.

I. NOs Géographes modernes conviennent presque tous que l'ancienne ville des Curiosolites dont César parle plusieurs fois dans ses Commentaires étoit celle que nous appellons aujourd'hui Quimper ou Cornouaille. Cette opinion avoit passé presque sans examen ; mais quelques Académiciens de l'Académie des belles Lettres, qui connoissoient le Pays, ont cru que c'étoit plutôt Corseult village auprès de Dinant en Bretagne. Outre que le nom convient incomparablement mieux, les mâsures d'une grande ville, qui renferment ce village, rendent la chose fort probable. M. le Pelletier de Souzi chargea l'an 1709. un Ingénieur de saint Malo de se transporter sur les lieux, d'y examiner ces mâsures & d'en faire le rapport le plus circonstancié qu'il seroit possible. L'ingénieur s'y transporta, & l'Académie reçut un Mémoire fort détaillé imprimé au premier tome de son Histoire p. 295. L'Ingénieur y trouva les traces d'une ville considérable, de grands restes de murailles dans les jardins & dans des champs à quatre ou cinq pieds de profondeur de terre, une Eglise bâtie des débris de grands édifices, comme il paroît par les tronçons de colomnes qui s'y voyent ; des restes de longs murs ; d'autres mâsures de bâtimens les uns de pierre & les autres de brique.

Environ à huit cent toises de l'Eglise au sud-est, dit l'Ingénieur, *sur une hauteur, on voit la moitié d'un temple octogone qui subsiste encore hors de terre, de trente-un pieds de haut, revêtu par dedans & par dehors de petites pierres de quatre pouces en quarré, taillées proprement & posées par assises réglées. Les angles, le bas & le haut, à quatre pieds près du sommet, sont écorchés, comme s'il y avoit eu une base, une corniche, & quelque incrustation. Entre les pans de*

CAPUT VI.

I. Templum octogonum loci cui hodie nomen Corseult : hæc antiqua urbs Curiosolitarum esse putatur. II. Ichnographia & conspectus Templi. III. Fornicem nunquam habuisse putatur.

I. GEographi nostri recentiores putant, uno pene consensu, Curiosolitarum urbem, quam sæpe Cæsar commemorat in commentariis suis, illam esse quam hodie Quimper aut Cornualliam, vocamus. Hæc opinio sine examine fere propagata erat. Verum aliquot Academici ex Academia litteratorum, locorum periti, existimant esse potius vicum nomine Corseult in Armorica. Præterquam quod enim nomen longe melius consentit, urbis etiam magna rudera, in queis vicus includitur, argumentum ejus rei præbent probabilissimum. D. le Pelletier de Souzi Mechanico cuipiam Macloviano mandavit anno 1709. ut loca istæc adiret, rudera exploraret, & quam posset accuratissime omnia referret. Loca petiit Mechanicus, cujus rescriptum diligentissime concinnatum accepit Academia, & in primo historiæ suæ tomo edidit. Vestigia urbis magnæ Mechanicus reperit, ingentes murorum reliquias in hortis & in agris, ad quatuor vel quinque pedes à soli superficie in terram defossas, Ecclesiam ex ruderibus magnorum ædificiorum structam, ut ex detruncatis columnis arguitur, longorum murorum residuam molem, aliorumque ædificiorum partes, quorum alia ex lapidibus, alia ex lateribus structa. *Septenis circiter ab Ecclesia stadiis*, inquit mechanicus, *in edito loco, dimidia pars templi octogoni visitur, quod adhuc superest altitudine pedum trigenta & unius, cujus exterior superficies intus & foris constat exiguis lapidibus quadratis quatuor utrinque pollicum longitudinem habentibus, eleganter incisis, rectoque ordine positis. Anguli, infimæ, & supernæ murorum partes ad quatuor altitudine pedes, evulsis lapidibus, rudes informesque restant ac si ibi basis, coronis, incrustationesque olim fuissent. In illis adhuc*

l'octogone on remarque aussi quantité de trous. Aux côtés de ce temple on découvre quelques vestiges d'une levée couverte d'un enduit de ciment appliqué sur des pierres à sec.

II. Voilà le rapport de l'Ingénieur. Pour en avoir une connoissance plus éxacte & même le dessein s'il se pouvoit, je priai D. Martin Corneau Prieur de Lehon près de Dinant, qui sçait dessiner, de se rendre sur les lieux. Il s'y rendit, & m'envoya le plan tel qu'on le donne ici, & le profil, où des gens qui ont été sur les lieux ont fait quelque petite correction, & comme ceux-ci conviennent tous entr'eux & conviennent aussi avec le rapport de l'Ingénieur, j'ai cru les devoir suivre. Le R. P. Prieur de Lehon marque dans ses observations, que selon toutes les apparences cet édifice n'a jamais été plus élevé ni couvert. Les trous qu'on y remarque n'ont jamais été fermés. La maçonnerie est à chaux & à sable. Les petites pierres quarrées dont l'édifice est revêtu, ont la surface arrondie comme sont ordinairement les pavés des ruës. Ces pierres sont à peu près blanches comme le tuf. Le dedans est revêtu de ces pierres comme le dehors, & elles manquent aux mêmes endroits; c'est-à-dire aux angles, au bas & sur le haut; & cela d'une maniere égale sur les quatre pans qui subsistent. Ces lieux dégarnis de pierres, (& écorchés comme dit l'Ingénieur,) ont un enfoncement dans le mur, qui dans le haut a bien deux pieds de profondeur, mais il n'en a pas plus d'un dans le bas. Le même enfoncement paroît aussi au-dedans, & n'a pas plus d'un pied de profondeur tant en haut qu'en bas. Le P. Prieur conjecture que les angles tant intérieurs qu'extérieurs & tous les endroits dénués de ces petites pierres quarrées étoient ornés de pierre de taille, qui ont été depuis enlevées pour d'autres bâtimens.

Outre ce plan & profil & ces observations du P. Prieur de Lehon, j'ai encore eu d'autres Mémoires de D. Alexis Lobineau. Il m'a donné avec les observations & le plan de ce temple, celui de la levée à l'angle de laquelle est le temple, comme on verra dans la figure. Voici ce qu'il observe.

III. *Les encoignures tant dehors que dedans sont vuides, aussi-bien que la*


---


stantibus muris multa foramina observantur. Ad latera templi cernuntur vestigia cujusdam ceu aggeris cæmento operti, cujus lapides nullo alio cæmento junguntur.

II. Hæc Mechanicus: ut autem rei certior evaderem, & delineatam, si fieri posset, templi figuram nanciscerer, rogavi D. Martinum Corneau Lehonii prope Dinantium Benedictinorum nostrorum Superiorem, ac delineandi peritum, ut ad locum se conferret. Eo ille se contulit, & delineatam mihi ichnographiam templi conspectumque transmisit, quales hic damus, paucis exceptis iisque levissimis, quæ aliorum qui in locis fuerant suasu mutavi, & quia cum Mechanici testimonio consentiebant, eorum sum sententiam sequutus. R. P. Martinus Corneau observat, omnino verisimile esse ædificium nunquam vel altius vel opertum fuisse. Foramina quæ ibi conspiciuntur nunquam fuere clausa. Muri cum calce & arena structi. Lapides illi quadrati queis exterior facies operitur, in externa superficie aliquam prominentiam rotundam habent, quales etiam illi, qui sternendis viis usurpantur. Lapides porro illi alibi sunt fere ut tophus: interior facies perinde atque exterior iisdem ipsis lapidibus operitur, & iisdem in locis utrinque deficiunt & avulsi sunt, scilicet in angulis, in infimis summisque partibus; idque modo æquali ubique in quatuor illis lateribus adhuc stantibus. Illa porro loca unde evulsi lapides sunt demissiora sunt aliis, profunda nempe duobus pedibus superne, inferne uno tantum pede. Id inferiore item facie, demissior locus ille est, unde evulsi lapides sunt, sed uno tantum pede superne & inferne vel circiter. Conjecit idem R. P. Prior ea loca, quæ illis exiguis lapidibus sunt distincta, olim magnis incisisque lapidibus fuisse structa; quæ haud dubie ad nova excitanda ædificia avulsa fuerint.

Præter ichnographiam illam conspectum & observationes quas perhumaniter misit laudatus R. P. Prior, alias etiam accepi notitias à D. Alexio Lobineau, qui mecum observationes suas communicavit, necnon ichnographiam templi, & aggeris quoque circumpositi ichnographiam in quo templum partim includitur. En ipse loquitur.

III. *Anguli tam intus quam foris vacui sunt, ut*





TEMPLE DE CO
Est
Nord
Ouest
2
Nord
Midi


EUL ET AUTRES MONUMENS
LX Pl du Tom II
1
Sud
3
Echelle de 100 pieds.
Tom II 60

place la corniche. Il paroît qu'on en a ôté les colomnes & les pilastres, de même que les pierres de la corniche. Au bas de la colline où est ce temple, on voit un tronçon de colomne, qui a trois pieds de diametre, ce qui emporte trente pieds de hauteur, & cela fait juger qu'elle peut avoir servi à ce temple, qui en a trente-six en tout, y compris l'Attique au-dessus de la corniche.

L'ingénieur ne met que trente-un pieds de hauteur ; mais c'est qu'apparemment il n'y comprend pas ce qui est au-dessus de la corniche ; les mesures du P. Prieur de Lehon conviennent parfaitement avec celles de D. Alexis Lobineau, qui croit qu'à chaque angle il y avoit une colomne pareille à celle dont nous donnons ici le tronçon. Suivant cela il a mis dans son plan, que nous donnons ici, la place des huit colomnes : ce plan comprend toute la grande levée, qui n'étoit pas à négliger. Pour ce qui est des colomnes, on pourroit s'éclaircir si elles étoient effectivement aux angles de l'octogone, en fouillant pour en trouver les fondemens.

IV. De toutes ces observations il semble qu'on doit conclure que ce temple n'a jamais été voûté, puisqu'il n'y a aucune trace des naissances de voûte ; ni peut-être couvert, à moins qu'il ne l'eût été de charpente, ou de chaume comme les anciens Gaulois couvroient leurs maisons. Les Grecs avoient des temples découverts qu'ils appelloient hypetres. Quant à cette levée qui contient comme on voit un grand espace, elle pouvoit servir à renfermer le peuple qui assistoit aux sacrifices ou aux autres actes de religion.

On met ici le tronçon de la colomne cannelée qui a trois pieds de diamétre comme dit D. Alexis Lobineau : l'on y ajoûte un vase qui a été trouvé sur les lieux.

---

etiam locus ille quem coronis occupabat. Ablata avulsaque hæc omnia fuisse videntur, nempe columnæ, parastratæ, itemque lapides queis constabat coronis. Ad radices collis in quo structum erat templum conspicitur columnæ truncus, cujus columnæ diametrum erat trium pedum, unde arguitur totam columnam fuisse altitudine pedum triginta. Hinc autem infertur columnam potuisse locum habere in isto templo, cujus altitudo triginta sex pedum est, si Atticum qui supra coronidem est comprehenderis.

Mechanicus unum tantum supra triginta pedes templo tribuit. At fortassis ea quæ supra coronidem sunt non una complectitur. Mensuræ R. P. Prioris Lehonii cum mensuris D. Alexii Lobineau plane consonant, qui postremus putat in angulis singulis fuisse columnam ei similem cujus hîc truncam partem damus : columnarum autem illarum pedes in ichnographia sua notavit, quales hîc proferimus. Ichnographia porro illa magnum etiam aggerem comprehendit, qui non erat hîc prætermittendus. Quod vero columnas illas spectat, posset quis explorare num revera in angulis templi fuerint, terram videlicet fodiendo, ut earum fundamenta detegerentur.

IV. Ex hisce omnibus observationibus concludi posse videtur templum nunquam fornicem habuisse, quando videlicet nulla habentur vestigia in muris surgentis concamerationis ; neque fortassis unquam opertum, nisi fortasse vel ex lignis & trabibus, vel ex paleis & stipulis queis Galli veteres domos operiebant. Græci templa subdialia habebant, quæ vocabantur hypætra. Quod spectat autem aggerem illum parvo cinctum muro, qui ut videmus magnum complectitur spatium, probabile est in usu fuisse ut populus ibi includeretur ad sacra & religiones persolvendas.



CHAPITRE VII.

I. Temple octogone au lieu appellé Erqui dans le Diocése de Saint Brieux. II. Sulfes, dieux Gaulois. III. Comedoves, autres dieux Gaulois.

I. DOm Alexis Lobineau m'a encore donné le plan du temple d'Erqui Diocése de S. Brieux, & de l'enceinte des murs qui sont à présent ruinés & dont il reste quelques pans, ensorte qu'on en a pû tirer le plan. Le temple qui est à un des coins de l'enceinte est octogone. Il a cinq toises & demi de diametre en y comprenant les murs. Au-dedans de la premiere enceinte des murs du temple il y en a une autre aussi octogone, qui laisse entre les deux une petite allée d'environ trois pieds de large. L'issuë de ce temple est hors de la grande enceinte. A l'autre angle de la même grande enceinte, mais en dedans il y a un autre petit temple rond, qui n'a guére plus de trois toises de diamétre sans y comprendre les murs. Cette grande enceinte a vingt-quatre toises de long, & dix-sept de large. C'est apparemment là où le peuple s'assembloit.

II. Pour remplir ce dernier chapitre, je mets ici l'extrait d'une lettre de M. Abauzit de Geneve, du premier Août passé; où il est parlé de deux inscriptions trouvées depuis peu.

„ Je tiens la premiere, dit-il, de M. Ruchat, Professeur aux Belles Let-
„ tres dans l'Académie de Lausanne, qui l'a copiée éxactement d'après un
„ marbre déterré à Maley près de Lausanne.

BANIRA. ET. DONINDA. I.
DAEDALUS. ET. TATO. ICARI. FIL.
I. SULFIS. SUIS. QUI. CURAM
VESTRA. AGUNT. IDEN
CAPPO ICARI. F.

CAPUT VII.

I. Templum octogonum in loco Erqui dictum in Diœcesi Briocensi. II. De Sulfis Diis Gallorum. III. De Comedovis, aliis Diis Gallorum.

I. D. Alexius Lobineau obtulit etiam mihi ichnographiam veteris templi, quod visitur in loco Erqui dicto in diœcesi Briocensi, necnon septi murorum qui jam diruti sunt, quorum tamen partes aliquot stant, ita ut septi ichnographia parari potuerit. Templum in angulo septi positum octangulum est. Intra autem primos octanguli templi muros aliud est templum etiam octangulum; ita ut inter utrumque templum intervallum sit trium latitudine pedum. Hujusce porro templi ostium extra majus illud aliud septum est, quod uno conspectu in imagine statim percipias. In alio majoris septi angulo est aliud rotundum ceu templum, cujus ostium & exitus intra majus illud septum est. Hujus porro templi diametrum interius exceptis muris est octodecim pedum. Majoris porro septi longitudo est pedum centum quadraginta quatuor latitudo autem pedum centum & duorum. In hoc septum ut videtur, plebs conveniebat.

II. Ut hoc postremum caput compleam, viri eruditi D. Abauzit Genevensis hic partem epistolæ ponam, quæ prima die mensis Augusti præteriti data fuit : ubi de duabus inscriptionibus nuper erutis agitur.

Primam inscriptionem, inquit, accepi à D. «
Ruchat litterarum humanarum in Academia Lau- «
sanensi professore, qui accurate illam exscripsit «
ex marmore Maleyæ prope Lausannam eruto «

BANIRA. ET. DONINDA. I.
DAEDALUS. ET. TATO. ICARI. FIL.
I. SULFIS. SUIS. QUI. CURAM
VESTRA. AGUNT. IDEN
CAPPO. ICARI. F.

TEMPLE D'ERQUI ET SES ACCOMPAGNEMENS

Nord

Midi

Echelle de 6 toises

1 2 3 4 5 6

57

„ Je laisse à part le mauvais style de ces gens, que M. Ruchat croit être „ du quatriéme ou cinquiéme siécle. Mais il demande, & le P. de Montfau„ con pourroit nous le dire mieux que personne ; si ces dieux tutelaires *Sulfi*, „ n'auroient point quelques rapport avec les Silphes ou Sylphes du Comte de „ Gabalis, imagination, qui seroit plus ancienne qu'on ne pense. Pour moi „ je me souviens d'avoir vû dans Fabretti *de Aquæductibus*, une inscription „ commençant par ces mots, *Sulevis & Campestribus sacrum*; & par le bas „ relief qui y est joint, on pourroit même juger de la nature de ces peti„ tes divinités.

„ La seconde inscription a été décrite par M. Caze à Aix en Savoye, & „ nomme d'autres dieux qui ne sont pas mieux connus.

COMEDOVIS
AUGUSTIS
M. HELVIUS SEVERI
FIL. JUVENTIUS
EX VOTO.

„ Il m'a assuré que le mot *Comedovis* aussi-bien que le reste, est écrit en „ caractéres très-distincts. Voilà dequoi augmenter le Catalogue des divinités Gauloises, ou du moins topiques.“

Quoique cousin germain de M. l'Abbé de Villars auteur du Comte de Gabalis, je ne suis guére entré dans la connoissance des Sylphes. La conjecture de M. Ruchat paroît assez plausible, les noms conviennent & il semble que les Sylphes & Sulfi sont des génies champêtres. Mais comme le hazard peut fort bien avoir fait ces conformités de nom ; il faudroit que quelque autre monument nous instruisît mieux sur cela, pour en parler plus positivement. Il est assez surprenant de trouver dans une inscription si barbare les noms de Dædale & d'Icare, entremêlés avec ces autres noms Banira, Doninda, Tato & Cappo. L'inscription se peut lire, *Banira & Doninda. Dædalus & Tato Icari filii Sulfis suis qui curam vestram agunt. Iden (forte Item) Cappo Icari filius.* La construction est si barbare que je ne sçai si l'on peut

---

» Nihil dicam de inscriptionis stylo, quem ad » quartum quintumve sæculum pertinere putat ; » sed postulat ipse, id quod præsertim Montefal» conius possit indicare ; num hi tutelares dii Sulfi, » aliquid affinitatis habeant cum Silphis sive Syl» phis comitis de Gabalis : quo comperto & pro» bato, commentum illud antiquius deprehende» retur esse, quam putabatur. Memini me legere » apud Raphaëlem Fabrettum de Aquæductibus, » *Sulevis & Campestribus sacrum* : anaglyphum au» tem junctum quod numinum genus illud esset » subindicare poterat.

» Secunda inscriptio, descripta fuit à D. Caze » Aquis Gratianis, aliaque numina perinde ignota » commemorat.

COMEDOVIS
AUGUSTIS
M. HELVIUS. SEVERI
FIL. JUVENTIUS
EX VOTO

» affirmat autem ille hoc nomen COMEDOVIS » perinde atque cætera clare legi. En novam numi» nibus Gallis, aut saltem topicis, accessionem.

Etsi patruelis D. Abbatis de Villars, qui Comitis de Gabalis libellum publicavit, non majorem tamen de Sylvis notitiam sum assequutus, conjectura porro D. de Ruchat admitti potest, nomina quippe sunt affinia, videnturque & Sylphæ & Sulfi esse campestres genii. Verum quia hæc nominum similitudo casu etiam accidisse potuit, necessaria adhuc esset novi cujuspiam monumenti auctoritas, ut illud omnino asseri posset. Id mirum sane videatur, quod in adeo barbara inscriptione, nomina Dædali & Icari, cum istiusmodi nominibus Banira, Doninda, Tato & Cappo intermixta sint. Sic porro legi potest inscriptio : *Banira & Doninda, Dadalus & Tato Icari filii, Sulfis suis qui curam vestram agunt. Iden* (f. Item) *Cappo Icari filius.* Constructio ita barbara est, ut nesciam utrum tuto possimus illam ad partes reducere. Videntur statim Banira, Doninda, Dædalus & Tato

ſûrement en faire les parties. Il ſemble d'abord que Banira, Doninda, Dædale & Tato ſont les fils d'Icare ; mais à qui parlent-ils quand ils diſent, *qui curam veſtram agunt*. Peut-être que Banira & Doninda ſont ces Sulfes, divinités dont il eſt parlé après, & que ce mot Sulfi ſera un nom plus générique, de ſorte qu'il faudra tourner ainſi Dædale & Tato à Banira & Doninda leurs Sulfes ; en ce cas-là il faudroit *Baniræ* & *Dinindæ* : mais ceux qui ont fait l'inſcription n'y regardoient pas de ſi près.

L'autre inſcription n'a point de difficulté dans la conſtruction. *Comedovis Auguſtis Marcus Helvius Juventius Severi filius ex voto.* C'eſt-à-dire, que Marc Helvius a fait ce monument pour accomplir ſon vœu fait aux Comédoves Auguſtes. Ces Comédoves ont le nom d'Auguſtes, comme Apollon Auguſte, Diane Auguſte, Mercure Auguſte, qu'on trouve ſi ſouvent ainſi dans les inſcriptions. Ce nom ſemble formé *à comedendis ovis*. Si c'étoit la vraie origine du nom, ce feroient des dieux mangeurs d'œufs.

Icari filii dici. Verum quoſnam compellant ipſi cum aiunt, *qui curam veſtram agunt*. Fortaſſe vero Banira & Doninda, iidem ipſi Sulfi ſunt qui poſtea memorantur, qui generico nomine Sulfi dicti fuerunt. Quo caſu ſic conſtituendum eſſet, *Dædalus & Tato Baniræ & Dinindæ Sulfis ſuis*. At dices Banira & Doninda legitur : verum ii qui inſcriptionem poſuerunt, non congruenter, ut liquidum eſt, loquebantur.

Altera inſcriptio nullam in conſtructione difficultatem habet. *Comedovis Auguſtis Marcus Helvius Juventius Severi filius ex voto*, ſupple dedicavit. Ii Comedovi Auguſti dicuntur, ut Apollo Auguſtus, Diana Auguſta, Mercurius Auguſtus, qui ſæpiſſime ſic in inſcriptionibus exprimuntur. Hoc porro nomen à comedendis ovis ortum videtur, quaſi numina iſthæc ova comedere ſolerent.

FIN DU SECOND TOME.



TABLE DES MATIERES
DU TOME SECOND.

A

D

E

F

G

H

Q

R

S

T

Fin de la Table des Matieres.



